


A. 126.



LAMPASSIVE
FAX ORTHOGRA-
PHIÆ EX VARIIS DO.

ctorum virorum Scriptis
collecta & contorta,

*Et in gratiam studiosæ juventutis publicè
producta & accensa,*

à

M. CASPARO ROTHIO.

Lectori S.

Si quid boni in hoc libello erit, Humane Lec-
tor, accipe, & lauda palàm: sin in quibus-
dam erravero aut tege, aut admone liberè
sed sine veneno, utrumque enim gratum
candidis ingenijs.





L I P S I Æ,

Impensis Christoph. Elgeri Bibliop, Lipsiæ

A N N O

M. DC. XII.





Splendidissimo ac Nobiliss:

viro

BERNHARDO

à POLNITZ,

Sereniss: Elect: Sax.

CANCELLARIO

Musarum Mœcenati clariss.

M. Caspar Roth,

UNice nobilium flos, Aonidumq; medulla
Unica, & Eniferi Principis unice amor:
Pölnizi, in cœtum doctrina pectus & arte
Excultū ingenua qui geris ingenium.

Cuius se didit varias laus incluta in oras,

Dum factis æquas fortia facta patrum.

Cessit hiems iterū, tumidarum dives æquarum

Pincerna, albescens pluma cuiusq; viget.

Aureoloq; redit juvenans ver tempore, & omnia

E terra æstivis evocat elecebris.

Nonne vides Zephyrus madidantes nectare

pennas

Excudit ut, vivo cuncta tempore animans.

Cui omnes it, dum se sæptis genialibus insert

Conjuga florigeno remige Flora volans.

A 2

Hinc

Hinc quo te vertis, pratū omne in veste virescit
 Graminea & vireis jactat inusq; novas.
Lilia jam surgunt multo fragrantia odore,
 Condecorant vernæ picta roseta rosæ.
Heus circūsisse, atq; augmenta atq; agmina florū
 Dædala hiantē animo conspice, hiantē oculo.
Ecce illum ē calyce, ē gemma istum, isthunc va-
 E rosea ad Solis lucida tela trahi. (gina
Inspice pigmenta ipsorum, variosq; nitores,
 Et pulchras serpto versicolore comas. (istum,
Hunc sanguis, nix hunc, aurum illū, purpura at
 Hunc ebur, ast alium flamma beata tegit.
Sed quis odor nares adflat tam suaviter halans,
 Quam dia exsurgit aura per herbidū humum?
Ha quid agam? anne tuos oculos nunc mi Arge
 An verò nasum blandē Catulle tuū? (cupiscā?
Aurivagi generis strepitū, volucrumq; querellas
 Remigio Zephyri jam per inane ferunt.
Nā Philomela modos varios de gutture miscet,
 Mane novo & Veneres mille figurat ovans.
Ipsa suum tireli tireli tiretirlire tractim
 Ingeminans dulci crispata lauda sono. (tat,
 Jamq; latens sub aquā, sub aquā maledicere ten-
 Et phreecexe suum rana coaxat epos.
Deniq; quidquid humus nutrit lætatur, & ipsa
 Dat sonitum blando murmure ludia aqua.
Talia dum fiunt, mea mens pellendo veterum
 Dulces Mnemosinæ pervolitavit agros:
Quærens queis possit nudam stipare tabellam
 Floribus, adpersis fonte volantis equi.

Ecco

Ecce autem cupidus dum singula lustro, tagaci
Atq; manu quasvis carpere nitor opes:
Ex latebris fulgens sua vi perstringit honore
Lumina in Italica flos generatus humo.
Quem Sophiae quondam monumentū & pignus
Manuti suboles ingeniosa dedit. (amoris
Manuti, niveis quem Pallas ubere in ulnis
Nutrijt, Ambrosiam cui dedit ipsa Charis.
Hunc ergo tanto excerpens ex agmine quæro
Num possit doctūm ferre palata virūm.
Adsistere omnes, istumq; reducere gaudent,
Cui pænè intulerant invida fata necem.
Mox mens ardebat redivivum sistere cœlo
Illum iterum, ut Solis fulgura adire queat.
Jamq; ipsum, verum (quia non furamur hono-
Alterius nec re gloriam inire paro, (res,
Ut pecus ignavum fucus quem terpor inescat)
Sisto multo auctum fertiliorē coma.
Sed quoniam interdum tempestas ingruit atra
Invidia, quæ alios non sine felle premit:
En te selegi sub quo latitaret asylum,
Pœnizi Aonij gloria rara chori.
Et merito nostri nam coram principe nostro
Olim suscepisti mite patrociniū:
Tunc tibi cum Cæsar, quem Lipsica curia novit,
Me commendaret de meliore nota. (dignas
Pro quibus (anne negem?) grates persolvere
Non queo, non si me Juppiter ipse juvet.
Attamen accenso ne forsan stigmate inustam
Hospitis ingrati frons ferat atra notam:

A 3

Hæc

Hæc tibi grati animi sint symbola, in æde Mo-
Suspendo famæ quæ monumenta tuæ. (neta
Ergo cape hæc Musæ primaria adorea nostræ,
O & præsidium dulce dec usq; meum.
Accipe, crescentis nec tenvia dona juventæ
Spernito & ingenij primula signa mei.
Et si forsan erit cuius me garrula lingua
Protrahet, adpingens theta colore nigre:
Aut tremulum ingeminans naso crispante ca-
Ganniet auriculis non ea digna meis. (chinū
Tunc ô Mæcenas posticæ occurrito sannæ,
Dicq; exercitij gratia is hæcce dedit.
Æternum te ego sic sinuoso in pectore figam,
Atq; mea fiet laus tua laude prior.

V A L E

vir

Nobilissime


Mæcenas

Opt. Max.



Lectio-

Lectori meo salutem.

 Ffero tibi, Lector candide,
 hunc, quem cernis, libellum,
 ante aliquod annos ab Aldo Ma-
 nutio collectum, jam verò à me sanè nō
 paucis auctum. Ad hunc autem laborē
 qualemcunq; suscipiendum calcar mihi
 addidit cūm libelli utilitas, tūm discendi
 cupiditas. Illam malo ex ipso libello,
 quàm ex me, ut cognoscas: ab autore ta-
 men non admodum sinistro partu prius
 cum fuisse editum, scripta eruditissimo-
 rum hominum, qui ipsum commendant
 oratione non vulgari, satis superque te-
 stantur. De hac nullum addo verbum,
 siquidem omnes, quorum corda Phœ-
 bus, ex sententia Poëtæ, de meliore finxit
 luto, ignoratiam exsuere, scientiam verò
 rerum variarum induere unicè desidera-
 mus: omnes tabellam illam nudam, quæ
 est anima nostra, varijs sanæ doctrinæ
 flosculis exornare laboramus anxie. Sed
 quid his nugis ad scientiã, quam quæ-
 rimus, opus, altiora noster animus spe-
 ctat,

stat, ad ea remis velisq; nitamus, inquis
fortasse? rectè sanè. Sed videmus illos
iplos, qui sibi ea proponunt, quæ vix ho-
minis acumini respondere videntur, has,
quas tu nugas vocas, non negligere. Ad-
sit ex multis Magnus ille Scaliger: sed
quis ille vir? qui natus in miraculum &
gloriam nostri ævi, teste Lipsio: quo Sol
à tempore Aristotelis vix vidit hominem
doctiorè, teste Frischlino: certè is, quam-
quam ipsius animus (ut ipse de se loqui-
tur) semper aliquid statuerit sibi com-
parare, quo se humo, ut ait ille, tolleret:
tamen inter alia, quæ non invitâ Miner-
vâ peperit, opera numquam satis lauda-
ta, etiam in his ingeniū exercere magno
sibi duxit honori. Hinc laudatur eius
utilissimus & jucundissimus ille libellus,
cui de causis linguæ latinæ præfixit titu-
lum, dignus certè, ut ab omnibus lega-
tur & relegatur. Sed ille divini sui inge-
nij bonitate fretus ea præstare potuit,
quæ vix alius! Et hoc laudo: Sed quid
Mnestheus ille Maroneus?

*Non jam prima peto Mnestheus, neque vin-
cere certo,*

(Quam-

(*Quamquam ô*) *sed superent quibus hoc
ô Phæbi dedisti :*

*Ignavos pudeat sedisse : hoc vincere nitor
Et prohibere nefas.*

Hæc & ego perpendens, dicto labori me
addixi, quem, licet tenuem, nemo, ut
spero, improbabit, præsertim cum in eo
conficiendo orbitam doctissimorum tri-
verim hominum. Accipe igitur cum, le-
ctor humane, & si quid in eo boni, lauda
palàm : sin in quibusdam errârim, aut
tege, aut admone liberè, sed sine veneno;
utrumq; enim candidisgratum ingeniis.
At unum adhuc est, priusquam à te abie-
ro, de quo mihi monendus videris : ut,
quia unius sæpè vocabuli à varijs varia
offertur etymologia, & proindè multi-
plex quoque scribendi ratio, (quæ in li-
bello hoc multis in locis deprehendes)
eam sequaris sententiam, quæ optima,
quæ virûm eruditorum calculo compro-
bata, immò quæ nostro sæculo accom-
modata. Hinc te, ut in multis scientiam
tibi reserves, & populo usum scribendi
& loquendi concedas, moneo & jubeo.
Vale & me ama. Dab: Ex Museo meo,
anno Christi 1607.

ORTHOGRAP-
HIC RATIO.

A.

A PRO ABSINE ACCENTV EX
antiqua scribendum consuetudine do-
cet Manutius, tum etiam, quia græca lingua
potius, quam latina videntur accentus conve-
nire: hanc suam sententiam confirmat aucto-
ritate Quintiliani, librorum & lapidum. Alij
vero omnino præpositiones à & è, itemq; in-
terjectionem ò apicibus notandam esse sen-
tiunt: ne ista vocales cum sequentibus coale-
sant, id quod in veterum libris sæpius fa-
ctum esse affirmant: scribendum igitur à te,
è lue, ò miseram, ne videantur esse unica di-
ctiones, ate, elue, omiseram.

Achæus, cum a, græca imitatione, est
enim ἀχαιός: quia tamen Aeoles ἀχῆα
cum e scribunt, rectius Acheus cum è simplici
esse docet Scaliger: Aeoles enim maximè imi-
tamur.

Adiicio, abiicio & obiicio malim quàm
unica i: cum sint à verbo iacio, & a litera
convertatur in i, quam Poeta abiiciunt, ut
Pri-

primam syllabam corripere possint. Hanc opinionem confirmat Agellius lib. 4. cap. 17.

Adolescens, non adulescens, est enim teste Festo ab oleasco. Heic tamen te celare nolo, in antiquorum libris, ut etiam in Prisciano Grammaticorum doctissimo, nec non in Carisio interdum cum u hoc vocabulum scriptum inveniri. Sic Plautus in prologo Aulul: Is adulescentis illius est avunculus: Id act. 4. Bach. adulescens salve: & alijs in locis compluribus. Terentius in Phormione: Interuenit adulescens quidam: In Eunucho: quae nos nostramq; adulescentiam habent despectam: In Hecyra: cum virgine una adulescens cubuerit, sicq; se semper invenisse ait Gifanius: nec sufficit eorum ratio, qui propterea cum o tantum scribi debere aiunt, quia sit ab oleasco; dicant illi cur scribant vultur, cum tamen sit à volando: cur Vulcanus, cum sit ab eodem, & alia: vident ergo non semper derivata literas primitivi retinere: Hinc, Lipsio duce, rectum nobis sit, quid prisca illa & proba aetas scripsit, etiamsi omni Grammaticorum cohorti aut non lectum aut neglectum.

Actium, promontorium, cum et, libri veteres & graeca consuetudo. M.

Adici

Adscisco, non ascisco: alioqui secunda
litera propositionis ad periret, quæ in compo-
sitione vel remanet, vel immutatur: remanet
in adaugeo, adhibeo, adscribo: mutatur in af-
fluo, affirmo, attero & similibus. M.

Adsum, cum d, quando est verbum com-
positum ex ad & sum: ut differat ab assus,
assa, assum.

Æ, diphthongus: communis error per
multa secula, & malè scribitur, dum ex duo-
bus corporibus fit unum æ, aut signatur & cau-
datum: & malè pronunciatum dum solum e
sentitur in prolatione. Scribi hæc duo ele-
menta seiunctim debent, & utrumq; profe-
rendo audiri. Calep.

Ædepol & edepol: utrumq; ab antiquis
scriptum fuit: sicuti enim ecastor est per Ca-
storem: ita edepol per Deum pollucem.

Ænus. Hæc vox interdum cum litera
adspirationis scribitur ahenus: interdum sine
eadem. Id quod Agellius l. 2. c. 3. in archetypo
Virgilij se vidisse testatur in 2. Aen: & luce
coruscus æna, ubi adspiratio non interposita,
sed superposita fuit Græcorum more, quia
non

non necesse est, ut quoties diphthongus dividitur, h, interponatur.

Æmulus, cum æ: omnes libri: & fortassis est ex græco αἰμυλῶ adspiratione abiecta, quod significat lepidum: illud enim quod cuiq; placet imprimis emulatur.

Ærumna, cum æ, à græco αἰρεῖν: Festo duce: licet quidam e simplex approbent, inter quos Carisius, qui deducit ab eruendo, eo quod animam eruat: & Ennius per æ vult ut scribatur, quod mœrorem nutriat.

Æthereus, non atherius: quia græca in ius, latina in eus, desinunt: sic etiam scriptum est in vetustissimis libris: Cui tamen sententia non nulli docti viri refragantur, qui omnino atherius scribi volunt, græca imitatione, græci enim αἰθέριῳ cum i scribunt: sic & aerius, αἰριῳ.

Æsculus cum æ: consuetudo: quamvis quidam esculus ab esca approbent.

Africa, non ahrica, lapides Capitolini teste Manutio.

Agellius: non A. Gellius, quando est notum etiam Atticarum scriptor teste Gifanio, cui assentitur Priscianus & veteres libri: nomen enim

enim habet ab agro seu agello: id quod etiam
probat Lipsius.

Alcedo, alcedonia, sine adspirationis li-
tera: Etsi enim ab ἄλς deducantur, Eusta-
chius tamen contra etymi rationem, tenui
spiritu notanda tradit, adjecto generali ca-
none, quo negat vocabulum ullum esse ad-
spirandum, quod initium sumat ab αλ subse-
quente κ.

Alucinor: pro diversa etymologia, di-
versa huius vocis etiam scribendi ratio est:
quidam enim alucinor absq̄ adspiratione &
unica l scribunt, quia idem sit quod à luce
aberro: & Agellius deducit ab ἄλσω, quod
est tardus, languidus & stupidus sum: qui-
dam allucinor duplici ll malunt, ut idem
sit, quasi ad lucem nit or pervenire, nec pos-
sum: hoc placet Perotto: alij, ut Nonius &
Agellius, hallucinor volunt, tantū propterea,
ut sonus fiat firmiter & validior: quamvis
quidam, teste Golenio, ab hallux deducunt,
quæ vox significat maximum digitum pedis,
poll m. Ita hallucinari propriè significat
hallucem ad saxa allidere. Pro eodem etiam
dicitur

dicitur hallus: itaq; ut à balbus balbucino,
sic ab hallus hallucino fieri ayunt.

Ambitio, cum t, ab ambitu.

Amfractus, cum m, est enim ab ἀμφί,
& facilius pronuntiaripotest, quam an-
fractus: Hanc scripturam Camerarius &
plurimiq; docti approbant. Scaliger tamen an-
fractus vult, quia m subsequente f mutari
debet in n, ut Grammaticorum regula
habet.

Amœnus, cum œ: Est enim, ut inquit
Servius, à mœnio, id est munio vel fructum
capio: ut amœnus locus is dicatur, qui qui-
dem sit gratus, sed sine fructu.

Ancora: De hoc vocabulo ait Servius,
quod contra regulam in media syllaba adspi-
rationem recipiat: sed absque omni dubio re-
ctius ancora græca imitatione, (Græci enim
ἄγκυρα scribunt) scribitur, nec obstat, quod
quidam propterea cum ch scribi volunt, quia
x tenuis vertatur in suam adspiratam x:
nulla enim ratio mutationis dari potest.

Antlare: Diverse de huius vocabuli scri-
ptura sunt sententiæ: quidam enim græcam
sequentes rationem antlo scribunt, Festus
enim à græco ἀντλω dicit deductum: id quod
vult

vult etiam Servius inquit: Ante l num-
quam invenitur t, nisi in paucis, ut ex antla-
vit: quidam, inter quos etiam Muretus &
Gifanius, anclare volunt contra etymolo-
giam: Romani enim, inquit Gifanius, graeca
vocabula solent sua saepe facere, paululum
variando literas & syllabas: id quod apud
Ciceronem & Plautum etiam invenitur, nec
repugnant Nonius & Perottus: quidam
utrumq; à veteribus probatum asseverant.
Iovianus Pontanus etiam anclare & exan-
clare probat, qui tamen non ab ἀντλω sed ab
alio originem ipsorum ducit: Eius haec sunt
verba. Venit etiam in sermonem verbi quod
est exanclare: & paullo post: Am, inquit,
vocula fuit apud priscos illos idem illud quod
nunc apud nos est circum, inde Amnus, quod
in circulum rediret, mutata post m in semi-
vocalem literam concinnioris soni gratia,
factum est annus. Ex anno vero ductum est
anniculus: ab anniculo anniculare. Cumq;
tempestate ea hominum vita esset agrestior,
magnaq; daretur laudi fruges ipsas post an-
num asservasse, unde perannare factum, for-
matum primò verbum ex aniculo, donec ex eo
subductum fuit exanulo, quod verbum rela-
tam

tum esset ad labores, ad pericula, ad difficultates. Quid enim difficilius, quam uina, triticum, poma in alium atq; alium annum, illasa perducere, etatemq; ijs addere, quibus à natura vix aliqua esset data. Haecenus Pontanus: elige quod tibi placuerit. Turnebus anclare dicit esse ex ancolare, i. haurire, aut si est ab ἀνλαιν, τ in c mutata omnino esse dicit.

Antenna, cum m ante n Lambinus & Perottus hoc vocabulum scribendum esse ajunt, est enim teste Varrone ab amnis: dictum, quod ante se habeat amnem: Hodie ferè antenna legitur: rectius tamen illud.

Anulus, unica n, ex antiqua consuetudine, cum qua videtur consentire etymologia, cum deducatur ab ano, quasi anulus sit parvus anus, nam à graeco deduci non placet, ut sensit Festus: quamquam ad Orthographiam nil refert: nam, licet originem duceret, ἀπό τῆ ἐνιαυτῆ, ut Festus voluit: vel ἀπό τῆ καὶ ἄλλῃ, ut Servius Grammaticus, tamen unica n scribendum videretur. Alij vero ab anno derivatum putant, quod in se redeat, ut annus: ex quo duplici nn scribendum affirmant: ego & antiquitatem sequor &

B

verio-

veriore[m], ut arbitror, etymologiam. Hæc
Manutius.

Apenninus, unica p & duplici nn, li-
bri, græcâq; consuetudo. M.

Apicius, non Apitius, libri & lapides. M.

Apfynthium cum p & i: est enim in
græco ἀψίνθιον. Frisch:

Apsis, non absis: ἀψις enim in græco est:
sunt qui preponunt h, scribuntq; hapsis, &
deducunt ab ἀψιδαι: sed usus repugnat.

Arena: sine adspiratione, ut deducatur
ab ariditate: quod Varronem sensisse ait Ser-
vius. Neq; quemquam movere debet, quod
arena priorem habeat brevem, arco verò lon-
gam, cum derivata non semper originis reti-
neant naturam: quidam ducunt ab haren-
do, scribuntq; harena: & hoc placet Carisio.

Arcto & arto, utrumq; probatur: Hinc
fit artus: & est ex græco ἀρτώ.

Affiduus, duplici ss: est enim ab assibus,
ut vult Agellius, id est, ab are dando, cum id
tempora Reipub. postularent: accipiturq;
tam pro divite, quam pro eo qui facile munus
facit. Quidam tamen in posteriori significa-
tione ab adsidendo ducunt, quod in ea re, quam
quis frequenter facit, consedissee videatur, &
sic ad-

sic adfidius scribi potest, quod tamen eupho-
niae gratia d in s mutato assidius scribitur.

Attavus: Hanc vocem Turnebus cum du-
plici t t scribi vult, deducit q̄ ab atta, qui est
pater avi, pueri enim attam pro patre di-
cere solebant: quidam atam unica t & sic
atavum primam corripientes probant.

Arcessere & accersere rectum est: Illud
enim est ab arcio, ut Priscianus docet, l. 1.
hoc ab accio.

Auctor & auctoritas cum et ab augeo,
duce Pierio, Festo, Carisio: quidam tamen
discrimen facientes, autorem cum Scaligero
ab αὐτῆρος, auctorem verò ab augeo ducunt:
ut autor is sit, qui incohet rem, auctor verò
augeat: sic non nullis placet à græco αὐθένης
derivari, & author cum aspiratione scribi.
Sed priores due maxime probantur.

Auctumnus, cum et, ab augeo, auctum,
quia tunc temporis agricolarum opes augen-
tur. De hoc vocabulo sic Lambinus: Scribit
Festus, quosdam exstitisse existimantes au-
ctumnum ex eo dictum, quod tum maxime
augeantur opes hominum coactis agrorum
fructibus, quod si verum est, scribi debet
auctunus seu auctunnus non auctumnus:

B 2

sicuti

sicuti enim à portu fit Portunus, à νεῖπτεῖν
Neptunus, ita ab auctu auctunus: priorem
tamen sententiam non repudiandam esse do-
cet etymologia, est enim absq; omni dubio po-
sterior vocis ipsius pars ab anno, quod vete-
res annus scripserunt, desumpta.

Auster, absq; adspiratione, licet ab hau-
riendo ducatur: Consuetudo enim hauster,
ut & hauris pro auris, & similia, non ap-
probat.

B.

Bartolemæus, sine adspiratione & cum
e in antepenultima syllaba: est enim, teste
Dressero, à Bar & πόλεμῶ seu πόλεμῶ:
hinc quidam scribunt Barptolemæus.

Bellua, ll geminata, quod ab ea bellum
deducatur, ait Manutius cum Festo. Sed hos
refutat Scaliger, qui quidem duplex ll pro-
bat, sed quia bellua à bello, non vero bellum
à bellua oritur, prius enim bestia, deinde bel-
lue dicta fuerunt: quidam beluam unica l
à balatu derivantes scribunt: sed verior illa
& etymologia & scriptura.

Blæsus cum æ, est enim in græco βλαῖσῶ.

Blate-

Blatero : fictitium verbum à voce Came-
larum : doctioribus magis arridet blatero
cum Et, cum verius à græco βλάξ derivetur.

Benevolentia servata præpositione cum
e scribitur : Veteres tamen, Scaligero teste,
etiam benivolentiam dixerunt : ut enim
modo herè, modo heri : ita interdum bene,
interdum beni usi sunt.

Braca vel bracca absq; adspiratione, est
enim ex græco βραχὴ vel βραχίονα : qui bra-
cha scribunt, faciunt id absq; ratione.

Britannia, duplici n n. libri. M.

Brundisium, non Brundusium, Festus,
libri, græca consuetudo.

Bœotia, non Boetia, ut quidam volunt,
est enim in græco Βοιωτία.

Buccina, duplici c c, ex Festi sententia,
qui deducit à bucca. Isidoro placet bucina
unico c, quia dicta sit quasi vocina : sive
quia est ex græco βυκάνη.

C.

Cæcus, cum e : à cædo, quod sit oculis
concisus, teste Perotto.

Cælebs, cum e, quod calo dignam agat
vitam, Festus Et libri veteres.

B 3

Cælo

Cælo cum e, quando idem significat quod exsculpo.

Cælum. Triplex huius vocis occurrit scribendi ratio: quidam enim scribunt cum e, id quod vult Festus, libri & lapides, teste Manutio: & Hyeronimus dictum putat cælum quasi celatum, ab ornatu. Hinc Turnebus: vocatur à celatura cælum, græcè ab ornatu κόσμη, latinè à puritate mundus. Et Plinius: cælū haut dubiè celati argumento diximus. Quidam cum æ scribunt, qui cum Varrone dictum putant cælum quasi κοῖλον: sed huic non adsentitur ullus doctus, & Perottus ait, se numquam in veterum scriptis vidisse cælum cum æ scriptum. Quidam deniq; per e simplex scribi debere autumant, quia sit à celando, id est, tegendo. Prior est optima.

Cæmentum, cum e, à cædo.

Cæremonia: hoc vocabulum teste Goclenio à non nullis cum e in prima & e in secunda syllaba scribitur, qui deducunt ab opido Cere: id quod etiam probat Manutius & ipse Goclenius: à quibusdam carimonia à carite: à quibusdam cerimonia à Cerere, quod placet Scaligero: ab alijs deniq; cerimonia, à cerus

à cerus ceri, id est sanctus. Elige optimam
& maximè accommodatam.

Cæruleus cum æ à celo, quasi caluleus:
vide calum.

Cæsaries, cum æ, à cadendo.

Cæspes cum æ à cadendo: plerumq; ta-
men hodiè sinè diphthongo scribitur.

Cæstus, cum æ, genus armorum, Festus.

Calpurnius, non Calphurnius nec Cal-
furnius: Græci enim dicunt καλπερνεῖς, de-
ducitur enim à Calpa Numa filio, teste
Plutarcho. M.

Camera, cum e à camero, ut Nonius
vult dicens: Camerum obtortum significat,
inde camera tecta in curvitatem formata.
Verrius Flaccus Camaram dicendum puta-
vit, est enim in græco κάμαρα.

Camœnæ, cum œ non nulli scribunt: qui-
dam cum e simplici, qui derivant à car-
mine, duce Festo & Varrone, qui ait, quod
prius fuerit Casmena, deinde Carmena,
tandem factum sit Camena. Scal.

Cartago absq; adspiratione. Cic: quidam
scribunt Kartago cum k in priori syllaba.
Pontanus ait posse deduci ab urbe Cartha
& scribi Carthago.

Carus & caritas absq; adspiratione in
utraq; significatione, quoniam, ut inquit Sca-
liger, deficiente annona carebant & tunc
omnia cara erant: quidam deducunt hoc,
quod idem est ac dilectus à καρεῖς & per eb
scribunt sed falsò. Pontanus ait se in multis
monumentis vidisse scriptum cum k karitas,
& putat dictum esse à καρεῖς, id est, capite:
quidem enim inquit capite carius? ut sit ca-
rus quasi capitalis, id est, eius præcij cuius
est caput.

Causa, duplici ss, ex ipso Cicerone ac
Virgilio, ut Quintilianus tradit. Quam-
quam & etymologia adjuvet, ut deducatur
à caveo, ut sit carissa quasi cavissa, quod &
Scaurus antiquus Grammaticus indicat, li-
cet unicam s, in causa magis probet. De hoc
vocabulo sic Pontanus: Venit in sermonem
Ciceronis, qui causam duplici ss, scribere
solitus, quod ipsum Roma adhuc quoq; in ve-
tustissimo monumento inscriptum legitur:
& paullo post: Prisci illi, qui Latium etiam
ante Aborigenes tenuere, pleriq; in cavernis
habitabant, qua à cavando essent dicta: ipsi
autem & æstus cavebant & frigora, pleraq;
etiam alia incommoda, in illisq; se & sua
cautius

cautius tutabantur. Qua è re verbum caveo
ab ijs deductum, quodq; in caussa ipsa
cavisse oporteret, inde ab initio dicta Ca-
vissa, post verò subtracta vocali caussa, no-
mine ipso adhuc tres syllabas retinente, po-
stremò prima ac secunda syllaba, duabusq;
illis vocalibus literis in unum collectis vox
ipsa facta est dissyllaba ac nihilominus du-
plex s, mansit, quod tandem leniende vocis
gratia simplex evasit, quando duplex ipsum
post au diphthongum sonaret horridius,
presertim c, consonante diphthongum prece-
dente. Hactenus Pontanus. Priscianus unicū
s tantum probat, au enim diphthongus, in-
quit, non concedit ut geminetur consonans.

Cena, sine diphthongo ex antiquissimo
Bembi Terentio, alijsq; libris, scribendum
docet Manutius: hodiè usitatum est hanc vo-
cem scribere cum æ, deducunt enim ἀπὸ τῆς
καινῆς: ideo enim cœna dicta, inquit Scaliger,
quia καινῆς vescerentur: Et alio in loco idem
docet, prius cœnam fuisse dictam coësnam,
deinde extrito sibilo mansisse cœnam: quod
si verum, à comesse deductum videtur hoc vo-
cabulum. Sed licet hanc etymologiam, ut ἀπὸ
τῆς καινῆς derivetur, retineamus, nihil tamen

B s obstare

obstare videtur, quo minus cum ϵ simplici
scribi possit, quoniam veteres libri adsen-
tiuntur. Multa enim, teste Scaligero, hac
diphthongus oi patitur: dividunt eam Ae-
olenses, $\kappa\omicron\iota\lambda\omicron\nu$ $\kappa\omicron\iota\iota\lambda\omicron\nu$: sic nos Troia $\tau\rho\omicron\iota\alpha$: si-
cut Maia $\mu\alpha\iota\alpha$: Ajax $\alpha\iota\alpha\varsigma$: interdum muta-
tur eius pars, interdum aufertur: ποιητής
poeta, vertitur in ei, ut οἱ Hei: in u, Φοινί-
κειον puniceum. Id quod etiam testatur Gi-
fanius, qui affirmat, Romanos veteres gra-
corum oi, non modo in α latinum, quod vul-
gare: sed etiam interdum in o nudum, ut
poema, diocetes, dioecesis: (apud Cic. pro Ra-
birio, non dioecesis, nec dioecetes, repugnant
enim eodem teste exemplaria antiquissima)
Et in i merum interdum mutasse: ut videre
est in Iconomus, quod contra usum veterum
quidam scribunt Oeconomus, ut Et Alciatus
admonuit l. 9. Parerg. c. 3. Sic Et Cimiter-
ium à veteribus Christianis scriptum fuis-
se, quod græcè κοιμητήριον vetera monumen-
ta eodem teste confirmant. Solent scilicet Ro-
mani græca vocabula paululum variando sua
sæpè facere, nec iisdem aut literis aut sylla-
bis ea semper admetiri. Nonnulli etiam
cum ϵ scribunt, inter quos Festus.

Cera,

Cera, sine diphthongo, libri veteres & graeca consuetudo, est enim κηρὸς τῆς κηρίδος, id est, à favo. Apuleio teste consuetudo convertit e in a diphthongum: deducunt tamen quidam à careo, quod mellis perfusione careat, unde etiam prima diphthongum assumisse dicitur. Sed illud magis approbatur.

Cerialia, non cerelia: libri teste Manut.

Cetera, sine diphthongo, libri & lapides eodem teste: Scaliger cetera cum a scribit ex κηρὸς ἑτερον.

Cestus: cingulum. Veneris absq; diphthongo, est enim in graeco κέστος quod est à κέντερον, id est, pungere, quod varijs punctis esset ornatus gratia: quidam à cadendo ducunt, quod varijs casuris fuerit distinctus & per a cestum scribi volunt: sed rectius illud.

Cinædus, cum a à κινεῖν & αἰδοῖα.

Circumvenio, non circumvenio & similia, servata ultima prepositionis litera circum, non enim respuunt aures circumventus, circumductus, &c.

Cius non pius scribendum ex sententia Manutij, in derivatis, aut à supinis, aut à nominibus: à supinis, ut adventicius, advecticius,

cius,

cuius, ficticius, editicius, commendaticius, pignericus, translaticius, impositicius, dediticius, repticius, &c. à nominibus, ut patri-
cius, tribunicius, novicius, latericius, adilitius, gentilicius: sic & amicicia, pudicicia, iusticia. Saliger tamē iusticia cum t scribi vult: & alij non nulli ex supra recensitis quadam cum t scribere iubent: ut adventitius, quia sit à ventito, adilitius ab edilitas, novitius à novitas, reptitius à reptatum, amicitia ab amiciter, duritia à duriter. Priorem tamen sententiam etiam ipse Priscianus confirmat.

Cloaca, non cluaca ex Festo: etsi Victorinus cluaca scribendum putat à colluendo. M.

Coenum, cum œ, est enim à κοινόν: Scaliger & Priscianus.

Coepi, cum œ pro incepi, ab antiquo verbo caepio, Festus.

Coetus cum œ à coeundo.

Collega, non conlega, aurium sensu comprobante.

Comissatio: unica m & duplici ss & i in secunda syllaba, ex Festi sententia, qui deducit à vicis, quos graeci κόμας dicunt, unde κομάζω. Sunt qui scribunt comessatio contra omnem

omnem antiquitatem: quidam libri veteres
commissatio contra Festum & græcam etymo-
logiam: nonnulli commissatio, à quibus eadem
causa dissentiendum. Hæc Manutius. De hoc
verbo sic Lambinus in Od: 1. l. 4. Horat. Est
legendū commissabere, non comessabere, ut pu-
tat vulgus, existimans à comedendo aut co-
messe ductū esse, vel etiam comassabere. Mu-
tuati sunt hoc verbū latini à græcis, apud quos
κωμάζω est ebriorum more se gerere, lasci-
vire: Sic apud Festum legitur commissatio, sed
in eo errat Festus, quod ἀπὸ τῶν κωμῶν di-
ctum, putat: melius Varro l. 6. de lingua
latina, qui ἀπὸ τῆς κώμης dicit appellatam
esse comassationem seu commissationem. Omni-
nò ergo vel comassatio aut commissatio & co-
missari aut comassari dicendum. Hactenus
Lambinus. Frischlinus dialogo 3. hæc habet
de hoc vocabulo, ubi sic incipit Crusius: Co-
missor tu derivas à græco κωμάζω. Fr. Con-
sentit mecum Scaliger & Festus, qui scribit
comissatio à κώμῃ: Cr. At Isidorus nomen
Comessor dici scribit à comedendo. Fr. Aliud
est nomen verbale comessor à comedendo,
aliud verbum commissor, commissari. Nam co-
missor primam habet longam, quia est à κω-
μάζω

πάζω: at *comessor* primam habet brevem ex sua origine. Nusquam autem occurrit verbum *comessor*, quod primam corripit, & mediam per e scriptam habet: Quare ficticium est tuum *comessor*, verum & genuinum meum *comissor*. Sicut enim à græco *παρίσσω* venit *parisso*: ita à *κωμάζω* venit *comissor* attestantibus Festo & Scaligero. Victorius *m* geminandum, & *commissari* scribendum contendit. Torrentius *comesare* à *comesum* vult, & docet *comessari* propriè post cenam dici, secutus Svetonium & Livium.

Columella & *columnella*, deminutivum à *columna* in usu est, teste Prisciano.

Comminus: duplici *m* *m*, est enim quasi cum manibus, ut *eminus* è manibus.

Comprehendo, sine diphthongo, ex Terentio Scauro, corripitur enim in secunda à Poëtis.

Conditio, cum *c* ex antiquis libris, *Manutius* ait scribendum. *Camerario* placet *conditio* cum *t*, à *condere*, *conditum*.

Conjux, non *conjunx*, derivatur enim à *conjugando*, hinc etiam *conjugium* dicitur, non *conjungium*: vetustissimi abiecerunt *n* & scripserunt *cojux*.

Consi-

Confidero, cum i, non cum y, quia latinum est, non graecum, & ita veteres scripserunt: Praeterea iuvat quoque etymologia, deducitur enim, ut Festus vult, à siderum contemplatione. Quare Sidus.

Consumo, consumas, unica in scribendum esse Manutius ait: cum tamen à summo derivetur, rectius per duplex mm scribi videtur: quia verò idem panè est quod consumere, & fortassis ex eo natum consummare, nec prior sententia omnino reijcienda videtur: Hinc Scaliger in lib: de plantis ait vocabulum hoc, Summa, à sumendo sumtum esse, quia omnia consumuntur.

Concio, cum c, est enim, ut ait Festus, quasi convocatio, ut à verbo conciere deductum esse videatur. M.

Conviciium cum c, quasi convocium ex Festo: vel à vicis in quibus prius habitatum est, vel fortassis ab utroque, id est, à confusis vocibus in vicis: quibusdam cum t placet scribere, qui deducunt à vitio, vel à convitare, ut Valla vult, qui tamen per c scribi posse adfirmat.

Cum. Hoc vocabulum quidam per quom, si tempus significat, per cum, si commodum:

per

per quum aut qum si caussam, scribi volunt:
inter qua tamen, cum eruditis magis arri-
det. Vide Quinctil.

Cunctari, non contari, ex Festo, qui
à Verrio dissentiens, percunctatio scribi vult,
non percontatio, quod is qui curiosè quid in-
terrogat, per cuncta visit: nec satis apta est
eorum derivatio, qui contari defendunt, de-
rivant enim à conto nautarum, quo illi ma-
ris profunditatem explorant: nec ferendi
sunt illi qui conctari absq; omni ratione
scribunt.

D.

Defæcare, cum æ à fax: vide fax.

Deliciae, cum c, à delicatus. Festus.

Delectus, contra libros aliquot veteres,
multò scripserim libentius, quam dilectus,
à verbo deligo, quod componitur ex de & le-
go, quasi de multis lego: etsi Festus aliter
sensisse videatur cum dixit: Dilectus mili-
tum, & is qui significatur amatus, à legendo
dicti sunt. Manut.

Deminuo & diminuo scribitur, sed di-
versa significatione: & rectius in Gramma-
ticis nomina deminutiva quàm diminutiva
dicun-

dicuntur, teste Scaligero. Minuere enim, inquit, est tollere quantitatem: diminuerę igitur utramq; quantitatem statuit in diversa: at ab homine cum ducis homulum decurtas potius, quam diminuis. Est enim diminutio affectus consequens divisionem: omne enim divisum ita minuitur, ut eadem quantitas minor dicatur, quoniam partes separantur, at in nominis deminutivi significatione nulla exstant partes, sed deminutivum est, quod significat minus quàm primitivum. Hęc Scaliger. Diminuerę porro quod attinet in sua significatione, veteres illud duobus m m diminuo scripserunt, teste Prisciano, cum enim sit à dis & minuo, s in m mutarunt.

Desidero, cum i, non cum y, latinum enim est, nec veteres aliter scripserunt. Manut. quare sidus.

Dolabella non Dolobella: est enim à dolabra.

Domitius cum t libri teste Manutio: non rectè igitur Græci scribunt δομίτιος.

E.

Ecloga, non egloga, à græco ἐκλογή.

C

Edo,

Edo, emitto: ab è & do, quasi extra do, ideo cum è simplici scribendum. Calepinus adfirmat, se in antiquis libris per a scriptum invenisse.

Eggero, duplici gg: libri veteres, teste M. Encænia cum a: ab ηαυίζω.

Endo, antiqua præpositio non indu: vult Gifanius ut scribatur, se enim in veterum libris nunquam indu invenisse testatur: cui tamen repugnant Lambinus, Turnebus & alij docti.

Epistola cum o: est enim ex græco ἐπιστολή, quod & Scaligero & Lipsio placet. Epistulam cum u scriptorum libros antiquissimos constanter habere adfirmat Gifanius: o enim sæpè Scaligero teste in u mutatur: sic βροτ & brutus, & alia. Vide subfinem verba Gifani huc tralata: Sed queris cur non etiam scribam stula pro stola, respondeo, quia repugnant libri & veterum auctoritas.

Ercisor, absq; adspiratione à quibusdam scribitur, qui illud deducunt ab arcendo: quidam adspirationem adijciunt deducuntq; ab ἐρκίζω.

Eruca, absq; adspiratione ab erodendo: & Pontanus ait erucam dictam esse vel ab urendo,

urendo, ut sit quasi uruca, u in e versa, sanguinem enim exurit: aut ab esu, id est, ab edendo, & cum principio esset esuca, postea commutatione litera facta esse erucam. Apuleius ab herendo derivat & cum h & a scribendum ait: sed prior sententia verior.

Etruscus, sine adspiratione: libri, & absq; diphthongo, prima enim corripitur: licet aliqui fuerint, qui hoc vocabulum per diphthongum scribi debere arbitrati sunt, deducentes illud vel ἀπὸ τῆς αἰθρίας ἄσκειν, propter auguriorum peritiam: sive ab urbe Aethria postea Atria dicta.

Evœ: bachantium vox absque adspiratione scribenda. Est enim à græco ἐὼϊ, unde Evan & Evius, nec non evax apud Plautum. Flavius tamen Sospater in medio adspiratione interjecta scribere videtur. Aliqui etiam principio dictionis altera Spiritus nota præscripta Heuhœ notant. Ut taceam qui imperitè admodum nota afflatili inter ultimas duas vocales interjecta Evohe trisyllabum faciunt: quum tamen dimensione Spondei, hæc vox tam apud Græcos quam apud Latinos censenda sit. Hæc Erythreus.

Exodus, cum adspiratione, quia componitur à græco ὄδος, nec aliter libri veteres. Manut.

Exfatio, exscribo, exsolvo, exspecto, exsulo, exsupero, exspes & similia hoc modo scribenda esse docet Manutius, id quod velit compositio, librorum, lapidumq; auctoritas: Quod etiam Scaurus videtur sensisse cum ait: Cum expectatus, exulet, sine s littera scribitur, scribendi ratio corrupta est: cum alioqui adjecta ea debent scribi, quoniam similiter solum, spectatusq; dicatur, & adjecta prepositione, aliud esse illis initium debeat: & quamquam s in pronuntiando non satis intelligitur, abijcienda tamen in scribendo non videtur. Scaliger verò in lib de causis lingue latine, cum prepositio ex cum vocibus ab s incipientibus componitur, sibilum tollere jubet, utpotè non necessarium, namq; in x syllabam posse terminari. Et si autem quidam instent, quòd hoc observato verbum sua spoliatur littera, respondet ille, falsum hoc esse, significatio enim, ait, verbo debetur, ergo & partes, & remanet vestigium prepositionis græcorum lege, ecsequor, ecscribo, ecfulo, græci enim modò ex modò è & dicunt:

dicunt: *Quæris utra sententia verior? quis Polydamas ausit illum Hectorem? quis Dares isthunc Entellum?* mihi tamen in hac causa Manutius Achilles videtur. Nemo enim ex veteribus umquam scripsit *exscribo* pro *exscribo*: idem de alijs iudica, testes sunt libri omnes. Nec videtur approbanda confusio græcæ & latinæ linguæ: nec pronuntias *exspecto*, sed *expecto*, non *exscribo* sed *exscribo*. Elige probabiliorem sententiam.

Exsilium cum *i* prærumq; scribitur: quibusdam tamen placet *exsulium* cum *u*, utpote ab *exsule* derivatum: quod etiam vult Lambinus, dum in *Od.* 4. l. 2. *Horat.* inquit: *Ego exsulium* latinos dixisse puto non *exsilium*, ab *exsule*, non ab *exsiliendo*, ut vulgus putat.

Extemplo: adverbium cum *e*: licet quidam *extimplo* velint cum *i*, ne quis putet duas voces esse ex templo: differentiam enim ipse contextus orationis satis luculenter demonstrat, ut hac scriptura fortassis non opus sit.

F.

Fabricius cum *c*, libri, græca consuetudo. Manut.

C 3

Facil.

Facillimus & difficillimus, gemina ll,
ut producatur syllaba, quæ aliàs brevis esset:
Vide Humillimus.

Fæsulæ, oppidum Etruriae, cum e diph-
thongo. M.

Fæx, cum e, ut differat in dativo à verbo
feci, Apuleius grammaticus, Scalig: libri
veteres.

Fanum: cum f: à fando vel Faunis, qui
dormientibus responsa dabant: quidam dno
τῶ Φανσῆ deducentes phanum cum ph scri-
bunt: rectius tamen f servatur etiam hac
admissa etymologia: sic scribitur fama, fu-
ga, fur, quæ sunt Φῆμν, Φυγῆ, Φωρ.

Fecundus, Fetus, Femina: & quæ inde
nascuntur, fenus, fenerator, fedare & fetare:
cum e simplici scribenda esse docet Manutius
ex veterum libris: & Frischlinus ait, fetum
esse quasi ab inusitato feo: ut sœtum à sœo.
Scaliger verò fœtum cum æ & quæ inde
descendunt scribere jubet, deducit q̄ à Φοῖαν,
quo veteres veneream rem significarunt pu-
denter: Pontanus & alij à fovere derivant,
ut fœtus sit quasi fovetus u extrita. Non-
nulli docti hæc omnia cum a scribunt, ut fa-
tus, famina: id quod etiam Varro, Agel-
lius,

lius & Nonius volunt. Vide sub finem episto-
lam Lambini huc translata.

Felix, sine diphthongo, libri veteres. Came-
rarius ait olim felix cum duobus e e feelix
scriptum fuisse, ad syllabæ productionem in-
dicandum: & hinc ortū errorem, ut quidam
cum æ diphthongo scriberent: Quidā tamen
& hoc vocabulum à fœtu derivant, quod si
ergò hoc, juxta Scaligerū, cum æ scribendum,
nō prorsus videtur abiicienda orthographia,
cum per æ fœlix, observato origine, notatur.

Fesceninus, unica n. Festus.

Feriales, cum t. Festus, græcāq; consuetu-
do: quamvis quidam à facio ducunt & scri-
bunt feciales cum c, ut quod apud eos belli ac
pacis faciendæ ius sit.

Flameus, color, unica m, Festus: Sic &
flameum, genus vestis rubri, dictum quod
eo utebatur uxor flaminis.

Floccifacio, plerumq; cum duobus c c scri-
bitur: & fortassis huius scriptura approba-
tores à floccis, lanarum istis particulis in-
utiliter evolantibus deducunt: sed quid si re-
ctius à flocibus, face ista à vinaceis expressa
derivaretur & cum unico c scriberetur, ut
in veteri lexico observavi: judicent alij.

Flamma, duplici mm, libri veteres.

Fœdus, cum œ: cum enim sit à ferire, cuius prima correpta, illius autem producta, rectius cum diphthongo assentientibus libris scribi videtur.

Frenum, sine diphthongo: libri veteres.
Manut.

Frons, frondis, ut cum o scribatur usus jubet: veteres autem teste Scaligero, ut & alia, cum u, fruns, frundis scripserunt, id quod probat Gifanius, qui ait non solum Ennium & Lucretium, sed etiam Virgilium & Ovidium fruns frundis semper, numquam verò frons frondis scripsisse, ut ex manuscriptis illorum patet antiquissimis. Igitur non statim damnandi sunt illi, qui antiquam scribendi rationem servant, hanc enim quidam scioli & nugivendi dum nesciunt, statim grande nefas & morte piandum blactervant, sitale quid in aliorum scriptis videre illis contigit.

Frutetum & fructetum: utrumque approbatur, & in usu est: fuit enim prius fructetum, transpositis igitur literis fit fructetum, exemptis verò quibusdam fit frutetum: Sic & viretum & virectum quod prius fuit viricetum, Galla-

G.

Galatea: absq; adspiratione, est enim ex
græco γαλάτεια, nomenq; habet à candore
spumarum equoris. *Erythraeus*.

Genitrix, cum *i*, est enim à genitus.

Gleba, cum *e* simplici plarumq; hodiè
scribitur: quidam tamen magis probant si
cum *e* diphthongo scribatur, ut ea ratione
prima producat, cum sit à globo, cuius
prima correpta. Sic etiam *Lucretius* scripsit
teste *Gisano*.

H.

Hadrianus & *Hadria* cum adspiratio-
ne: *Pontanus*, libri veteres latini, contra
Græcos qui adspirationem abijciunt.

Hagnes, nomen proprium, juxta *Pon-
tani* sententiam cum adspiratione scriben-
dum, est enim ab ἄγνῳ, id est purus &
castus.

Hædus, cum *e*: dictum enim est hoc
vocabulum, ut quidam volunt ab αἰδοῖον, id
est, testiculis: hinc veteres tantum *ædos*
absq; adspiratione scripserunt. Nonnulli ma-
lunt scribere cum *æ*, originem petentes à lin-
gua *Sabinorum*: illi enim *fædum* dicebant

C S

quod

quod Romani hædum: quod & Pontanus probat, sed cum e simplici scribendum esse ait: Sabinos enim fedum non fædum scripsisse adfirmat: Adspiratio igitur, inquit ille, præponitur, vel ut differat ab edo, edis, vel quia adspiratio ipsa loco f posita: cuius primam syllabam nonnulli diphthongum faciunt, quorum opinioni non video cur adsentiar. Hæc ille.

Hannibal, cū adspiratione, ex libris antiquissimis latinis: Græci illā ipsam abjecerunt. Manutius: Pontanus tamē mavult Annibal.

Hariolus, hariolor, haruspex, &c. hæc omnia cum derivatis adspirationem habent: est enim, ut quidam volunt, quasi fariolus, f in h mutata: aut deducuntur ab hara, id est, avi quadam augurali, ut vult Servius: licet quidam ariolus, aruspex & alia eiusmodi ab ara derivantes adspirationē abijciant. Priorem enim sententiam confirmant omnes veteres libri: quidam derivant ab halando, quod halitu mortalem animam eiusmodi homines soleant excludere ut divinā recipiant.

Have, id est salve, ait Pontanus adspirandum esse, ut differat à sexto casu avis nominis: verior tamen illa sententia videtur, qua ex Hebræo Haga, id est, vixit, derivatur.

vatur, hanc enim idem est quod vive: quidam à punico Avo ducunt, & scribunt ave.

Haud cum d' usus vult ut scribatur. Sed hanc consuetudinem vitiosam esse docet Scalliger, cum enim inquit, adspiratio sit addita differentiæ causæ, ab aut, scribi etiam deberet aud, cætera enim elementa ad discrimen querendum non sunt mutanda. Melius verò utrumq; sicciore elemento scribitur, aut, haut: græcum enim fuit ἀὐτῆ, omnis autem disjunctio vim obtinet negationis: l. 6. de caus. ling. lat. Nec veteres aliter quam haut cum t scripsisse testis est Pontanus.

Hedera: De hoc vocabulo sic Pontanus. Hedera adspirationē exigit, qua differt à verbo edo, in illis videlicet tēporibus, ederā, ederas, ederis, edere. Non rectè opinatus est Apuleius vocē hanc deduci ab hereo verbo & ab eo adspirationem trahere: nam si ab hereo dicta esset, cum hereo diphthongum habeat, nequaquam Poetæ primam syllabā corripere: Volunt alij hederam dictā quod edat, id est consumat, ea quibus inhæserit, & hæc etymologia maximè probatur, etsi quidam ab eo dictam velint quod edita, id est, alta petat, repugnat enim quantitas syllabæ. Forsitan & à Græco deducta

deducta est, ut quibusdam nimis ambitiosè
placet, quod est ἐδρέω, id est insideo. Hac
ille.

Heiulare & heiulatus cum adspiratione
vult Pontanus ut scribatur, & deducit ab
hei, qua vox est doloris & gemitus.

Heluo: cum adspiratione & unica l Fe-
stus præcipit hoc vocabulum scribere, est
enim, inquiens, heluo dictus immoderatè
bona sua consumens, ab eluendo, cui adspi-
rant, ut aviditas magis exprobretur: fit
enim vox excitatior. Agellius dicit Helluari
scribendum, forsitan ab ἑλληνίζω: eadem
enim ratio videtur esse, ut in Grecari, quod
à Grecorum more desumptum est. Helluari
enim & grecari significatione conveniunt:
Alij priorem scripturam probantes ducunt
ab holus, quod antiqui scripserunt Helus:
Hinc Meursius: Aegrotos holeribus olim
fuisse curatos, quia verò egroti nausea-
bundi valdè sunt & delicati ciborum arbi-
tri, postea translata vox ad homines deli-
catos, qui magnos sumptus in dapes profun-
derent, non in voraces, ut hodie fit.

Herba, cum e simplici, quamvis quidam
ab herendo derivent & propterea cum
diphthon-

diphthongo scribunt, quae sententia placet Pontano, sed ridetur à Tortellio, neque cuiquam eruditorum placet.

Heres & hereditas: sine diphthongo, libri & Festus volunt ut haec scribantur: quos sequuntur juris doctores, dictum enim volunt heredem quasi herum: multi verò non è face vulgi ab herendo ducunt, & sic per e scribere nituntur. Gifanius tamen testatur veteres etiam ipsum verbum herere cum e scripsisse: sed altera scriptura obtinuit palmam: & fortassis est ab ἀιρέω.

Heic, adverbium, veteres libri.

Helleborus: cum adspiratione scribi hoc vocabulum vult Appuleius contra graecam etymologiam: cuius sententiae Pontanus non accedit.

Hibernum, cum i, libri veteres.

Hiems: Varro hoc vocabulum ducit ab hiando, quod anima tunc temporis, quae à nobis efflatur, appareat, & cum i vult ut scribatur, id quod volunt etiam libri veteres teste Manutio: Sunt tamen qui ab h̄o ducunt & per y hyems scribunt, quod id tempus anni sit pluviosum: Illa tamen & etymologia

etymologia & scriptura magis arridet docto-
ribus.

Holus, holeris: cum adspiratione quidam
scribi volunt. ut differat ab infinitivo olere,
fuit enim aliquando tertiae conjugationis:
quod Pontanus non probat: prisci enim illi,
inquiens, non holus sed helus dicebant & ni-
hilominus adspirabant: ex quo satis clarum
esse potest huic voci naturalem esse adspira-
tionem: a plerisque tamen hodie olus scribi-
tur, & fortassis est à verbo olere desumptum.

Horatius an Oratius rectius scribatur,
pugnant adhuc eruditi. Qui enim illam de-
fendunt etymologiam, ducunt nomen ipsum
ab ὀργῶν, unde ὀργῶς, cum qua convenit
prima syllaba correptio: deinde in marmore
quoque, quod Venusiae in patria Poetae legi-
tur: cum adspiratione scriptum est teste Fa-
bricio: cui adstipulatur numus aeneus expri-
mens Poetae effigiem & eius lyram, qui sic
habet: Horatius Flaccus eodem teste. Qui
hanc defendunt, derivant ab ὀρατίζω, qui ta-
men quibusdam nimium remota dicere vi-
dentur: alij ducunt ab orando, nihil obstante
prima syllaba quantitate, quod nec in alijs
semper observatur, derivata enim non sem-
per

persequuntur primitivorum naturam. Pontanus ait: adspiramus Horatius non quod fiat ab Hora, vel ore, aut oro verbo. Nam si fieret ab oro vel ore, adspiratione careret: sin ab hora, prima produceretur, quam corripit. Habet igitur adspirationem Horatius, si latinum nomen est, quod ita majoribus placitum sit. Sin grecum est, traxit eam à verbo ὀρέω, quod significat video. Fieri etiam posset, ut Horatius dictus esset ab ὄργη, quæ græcè significat pulchritudinem, mutata quantitate primæ syllabæ, quæ græcè in nomine hora producta est.

Hordeum, cum adspiratione ab antiquo adjectivo hordus, id est gravidus, cuius loco posteriores fordus posuerunt, atq; inde adspiratio in nomine hordeo mansit, quidam etiam scribunt Ordeum, deducuntq; ab oriendi celeritate teste Pontano.

Horreum: ab hordeo, ut à farre farreum.

Humidus, cum adspiratione ab humecto, quod est ab ὑω: non nulli adspirationem abijciunt & derivant ab udus, scribuntq; umidus, sicut & umor pro humore: sed rectius illud.

Humil.

Humillimus, gemina ll, ut syllaba pro-
ducatur, ut in facillimus, simillimus, nec
aliter veteres scripserunt: de his sic Scali-
ger: quare recentiores unica tantum liquida
pronūciarunt sic, similimus, facilimus: cum
tamen proprium eius fuerit geminari ob soni
levitatem, & producatur apud Poetas sem-
per, & in omnibus antiquis exemplaribus ita
scriptum sit, & subsit tum analogia tum
analogia causa: vide simillimus.

I.

Idæa, cum æ, epithetum matris magnæ
Deum: Idea sine diphthongo cum est id, quod
mente concipimus: Manut.

Idus: quidam cum i scribunt, qui dedu-
cunt à verbo iduare, id est dividere, quod
ad medium mensem existentes in duas equa-
les partes mensem propemodum dividere
videntur: quidam scribunt eidus cum diph-
thongo respicientes græcam etymologiam:
volunt enim dici ab eidēu videre, vel εἶδον τῆς
εἰδῆς, id est à specie, quod eo die luna ple-
nissimam ostendat faciem.

Illic, non illhic: libri & lapides. Vide
isthic.

Illico,

Illico, gemina *ll*, est enim compositum ex
in *l* loco: veteres unica *l* scripsisse notat
Gruterus: *l* idem esse ait, quod è loco.

Imber: varia est huius vocis etymologia
& proinde varia scriptura: quidam enim
à græco ὀμβρῶν, (id quod probat Priscia-
nus) ducunt, & sine adspiratione scribunt,
id quod apparet ex compositis, September,
November: non nulli cum *h* & *y* scribi vo-
lunt, quia sit ab ὕω, unde & hyemem dictam
volunt: Pontanus himber ab hieme, (quod
ab hiando ducit cum Varrone) derivat, ut
sit quasi hiember, detracta litera, hieme
enim existunt frequentiores himbres: Ab
ipso autem himbre fit hibernus dempta lite-
ra *m*, ut à patre paternus, à matre mater-
nus. Sed prior sententia est optima, quam
Festus etiam approbat.

Immo, duplici *mm*: libri.

Incepi, cum *e* si à capio: incepi cum *ce*
diphthongo, si ab antiquo cœpio unde etiam
cœpi, derivatur.

Incestus, sine diphthongo à græco ἀνήστ-
ος: Festus & Q. Papirius grammaticus,
qui deducunt ab in *l* castus: sive est à cesto,
singulo Veneris. Vide Cestus.

D

Inco-

Incoho. Triplex huius vocis occurrit scribendi ratio. Quidam enim scribunt inchoo, quasi sit à Chaos, id quod vult Festus, Scaurus & Servius & Manutius: quidam, inter quos Diomedes, Verrius Flaccus & Tranquillus, volunt, ut hoc verbum in ultima syllaba adspirationem habeat, quod esset à nomine Cohū, quod apud priscos mundū significabat, habebatq; adspirationem ante u, ut mundus dictus esset cohūm, à cohibendo, id est, quod omnia intra se cohiberet: hanc scripturam probat etiam Scaliger teste Frischlino: quidam denique scribunt inchoo, adspiratione omninò abjecta, id quod Camerario placet. Vnicuiq; suum pulchrum, media tamen à doctioribus maximè probatur.

Inclutus: Et huius vocabuli varia est orthographia: Veteres enim teste Gifanio frequenter inclitus & inclutus, numquam inclytus scripserunt: Est autem hoc vocabulum vel à græco κλύτῳ, & sic vel per y vel per u scribi debet, u enim sæpè in u mutatur, sic μῦς mus: vel est ἀπό τῆς κλείτῳ, & sic i sibi postulare videtur expuncto ε: aut ei mutatur in i: ut η in e breve, κρήνης crepida, α in e breve, βαίνω venio teste Scaligero: aut de-
niq;

nig, ut veteres scripserunt optimus & opti-
mus, maximus & maxumus: sic etiam in-
clitus & inclutus defendi potest: qua ratio
videtur probabilissima.

Increbesco: absque r vult Manutius ut
hac vox scribatur sic aiens: Sequor in hoc
verbo similitudinem: nullum enim verbum
huic similius est quam erubesco, quod fa-
cit erubuit in praeterito: ut enim à ruber
fit rubeo, rubes: & à rubes addito co, fit
rubesco: sic à creber deductum est hodiè
inusitatum verbum, crebeo, crebes: unde
factum est crebesco & increbesco. Non enim
me movent nigresco & macresco: deducun-
tur enim à nigreo & macreo: cum rubesco
à rubeo & crebesco à crebeo, nemo autem
negat dici erubesco & erubuit, nemini igi-
tur dubium esse debet, quin similiter dica-
tur increbesco & increbuit: cum ut à ru-
ber rubeo, rubesco: sic à creber crebeo cre-
besco deducantur: malo enim comparationem
facere inter simillima & à si-
millimis deducta, cuiusmodi sunt haec
duo verba, derivata à nominibus desinen-
tibus, in ber quam inter ea quae paullo
D 2 distant

*distant longius : qualia sunt nigreo & ma-
creo , si cum increbesco comparentur : ideo
enim recipiunt r , quia invenitur in his ver-
bis , unde deducuntur : quam literam non vi-
demus esse in alijs verbis desinentibus in sco ,
ut palleo & acesco , quae deducuntur à pal-
leo palles : & aceo aces inusitato verbo. Tur-
nebus utrumq; probat.*

*Indutiæ , cum t quasi inductæ scriben-
dum putat Manutius. Agellius etiam cum t
scribendum existimavit, cuius hæc sunt verba
l. 1. c. 25: Ex multis, quæ jam audivimus vel
legimus, probabilius id, quod dicam, videtur.
Indutias sic dictas arbitramur, quasi tu di-
cas, inde uti jam : pactum indutiarum eius-
modi est, ut in diem certum non pugnetur,
nihilq; incommodi detur, sed ex eo die postea
uti jam omnia belli jure agantur, quod dici-
tur dies certus præfinitus, pactumq; fit, ut
ante eum diem ne pugnetur : atq; is dies, ubi
venit, inde uti jam pugnetur : idcirco ex ijs,
quibus dixi, vocibus, quasi per quendam coi-
tum & copulam nomen indutiarum conne-
xum est. Aurelius autem Opilius in primo li-
brorum, quos, Musarum inscripsit : Indutiæ,
inquit, dicuntur, cū hostes inter sese, utrimq;
utro-*

utroq^{ue}, alteri ad alteros impunè & sine pu-
gna, ineunt, inde ab eo, inquit, nomen esse
factum videtur, quasi initus atq^{ue} introitus.

Infitior, cum t Festus: est enim à fateor:
licet quidam à facio derivantes cum c scri-
bere malint, ut inficior idem sit, quasi nego
me fecisse, ad facta enim referunt, non ad
dicta.

In primis, non imprimis: ut differat à se-
cunda persona verbi imprimo, cum n ante
p in m mutetur.

Incrundinium, non internundinium,
Victorinus scribendum precipit: cuius hæc
sunt verba: Internundinium scribendum: ut
enim interlunium & trinoc^{tium}: ita inter-
nundinium, quod novem dies inter se conti-
nuos habeat, non quod nono die sit.

Iohannes, cum adspiratione, si Hebraicè
retinetur derivatio: ibi enim est Johanan:
si verò Græcos imitamur, adspiratio abijci-
tur, illi enim scribunt Joannes.

Irritare, rr, geminata: quod verbum, ut
ait Donatus, à canibus est deductum, qui
restrictis dentibus, r literam imitantur:
quidam unica r scribunt, ducentes ab ira:
sed falsum hoc esse docet Lambinus, repu-
gnant

gnant enim omnes libri antiqui: & rectius derivatur ab irruo sive ab hrrive.

Istic, non isthic scribere jubet Manutius: Scaliger verò omninò isthic scribendum esse docet inquiring: Male illi faciunt, qui adspirationem omittunt, in his, isthic, isthuc, isthoc, &c. Cum enim reperiatur similis literarum sonus in verbo EST, potuit prima syllaba esse ist, postrema hic: at in verbo illic non potuit, propterea quod nulla vox geminata in eandem desinit, nec ab eadem geminata ulla incipit: Huic sententia verò repugnat etiam Pontanus, ubi docet, hanc vocem non esse compositam ex iste & hic, sed esse simplicem, & propterea adspirationem post st stare non posse: prior enim syllaba est i, posterior stic.

Iucundus, cum u teste Cicerone, qui deducit à juvando lib. 2. de finibus: rectius tamen à joco videtur derivari & jocundus scribi.

Iupiter, unica p. Poeta addunt alterum p, ut syllaba brevis producat: est enim Jupiter, quasi Jovis pater, ut Marspiter Mars pater. Jovis verò quidam ducunt à juvando, quidam ex Heb: Jova.

Kalen-

K.

Kalendæ, cum k Servius, Terentius Scaurus & Victorinus, omnesq; libri veteres teste Manutio volunt ut scribantur: & hoc fit respectu græcæ derivationis κ̄αλ̄εν̄: nonnulli malunt cum c scribi, & promero latino vocabulo habent, quod sit deductum ab antiquo Calare, & quia Græci nullas habent Calendas, quomodo poterit scribi cum κ, cum κ sit litera græca non latina. Lambinus in Od. 8. l. 3. Horat: dicit se secutum esse in eo (quod per κ semper excudendum curavit) nobilium grammaticorum auctoritatem & veterum marmorum ac librorum testimonium, nec non doctorum usum.

L.

Lacrumæ: Varia est huius vocis orthographia: quidam defendunt lacryma absque adspiratione & cum y, ut à græco δάκρυον deducatur: hinc vetustissimi lacrymas dixerunt, quod nos lacrymas teste Festo. Non nullos delectat lacruma cum u, eò quod u plerumque in u mutetur: alij volunt lacrima, ut Pontanus,

*eum i, ut dicta sint quasi lacerrima à lace-
rando: aliqui tandem adspirationem ex pri-
scis Romanis adjecerunt teste Agellio l. 2. c. 3.
Et Cicerone in Oratore, ut sonus fieret firmior.
Vide quid usus eruditorum maximè probet.*

*Læna, cum a, genus vestimenti. Festus,
Nonius Et libri veteres.*

Læva cum a, à græco λαῖα.

*Lævis pro glabro cum a, ut differat à
levi quod primam corripit: quia tamen ex
græco λαῖα est, et verò in e simplex longum
mutetur, rectius fortassis cum e scribitur.*

*Lagena cum e, est enim ἀπό τῆς λαγῆνου:
quamvis Gifanius cum æ vult scribi, eò quia
dicta sit lagæna pro laguna, à quo lagu-
nula: prisca enim pro æ u Et è contrario pro
æ, æ sæpè ponebant.*

*Lamina Et lamina, non verò lamina
Et lamna Gifanius probat, propterea quod
hanc scripturam miro consensu confirmant
chirographa: Et est ex ἐλασμός.*

*Lapidicina, non lapidicina, est enim
à cadendis lapidibus dicta, quamvis in Festo
lapidicina scriptum sit.*

*Letum. Quadruplex huius vocabuli Et
etymologia Et scribendi ratio occurrit: Pri-
scianus*

Scianus ducit à leo, les: quo veteres uteban-
tur pro deleo, scribitq; letum, quod mors
omnia delet. Apuleius ducit à luo & cum æ
vult scribi lætum, u in æ mutato. Varro &
Festus à græco λήθη derivatum putant: scri-
bendum ergo esse cum adspiratione: alij per
ἀντίφρασον dictum putant ab adjectivo læ-
tus, & sic cum a scribendum videtur. Sed
quia posteriores tres opiniones non fatifia-
ciunt eruditis, sequamur cum Doussa & Ma-
nutio Prisciani sententiã, scribamusq; letum.

Ligurrio, duplici rr, libri veteres: Cum
enim sit ἀπὸ τῆς λιγυρῆς, cuius media semper
corripitur, antepenultima verò in ligurrio
semper producitur, consonantem geminan-
dam esse docet Lambinus.

Litus, unica t Pierius ait scribendum
ex antiquis libris, & ex analogia, cum de-
ducatur à lido, sive lino, sive à ledo ut vult
Cicero. Scaliger ex græco λίτῳ, Donatus
à litando ducit, quod cum primam corripit,
quidam duplici tt, littus scribunt, ut prima
hac ratione producetur, cum nunquam bre-
vis inveniatur.

Littera, duplici tt, libri veteres & Pan-
dectæ Florentinæ ex Manutij sententia: huc

D S

acce-

accedit etymologia, volunt enim grammatici dictam esse litteram ab iterando: quod cum natura brevis sit, littera verò longam priorem habeat, duplici t t illud vocabulum scribi oportere putarunt. Sed huic sententia contradicit Scaliger: littera enim, inquit, ex sua natura longa est, cum deducatur à linea, ut sit quasi lineatura. Vide ipsius librum de causis lingue latina, ubi de etymologia huius vocabuli agit.

Lolligo, duplici ll, cum enim sit à volo dicta quasi voligo, volo autem primam habeat brevem, Lolligo verò semper extendatur, ll geminari volunt.

Lotium cum t à lotum.

Lurco, absque adspiratione: licet prisci lurcho scripserint: sicut enim à muccis Muc-co, & à buccis Bucco, ita à lura lurco ob ingluviem, ut vult Scal. l. de caus. ling. lat. cap. 22.

Lympha: cum y & ph, natum enim est ex greco λυμφη. Scal. & optima hæc est & etymologia & orthographia: licet hodiè quidam limfa, alij lymfa scribant. Erischlinus tamen de hoc sic ait: Scribendum est limfa aut etiam limpa, unde limpidus, & ineptè

inepti sunt qui huic vocabulo ut $\text{\textcircled{E}}$ alijs
adspirant.

Lyceum : de hac voce sic commentator
in Agellium : Indiscriminatim scribitur Ly-
ceum $\text{\textcircled{E}}$ Lycium, penultima tamen semper
longa : et enim, inquit, vel in i vel in e
converti potest, commodius tamen in i.

M.

Mæcenas, cum $\text{\textcircled{e}}$ in prima syllaba, græca
ratione. Græci enim scribunt μακίνας : $\text{\textcircled{E}}$
est cognomen Cinciorum. Plausibilis quidem
eorum videtur ratio, qui in medio cum $\text{\textcircled{æ}}$
diphthongo scribi volunt hoc nomen, quia
sit ex $\mu\acute{\eta}\nu$ $\text{\textcircled{E}}$ $\kappa\omicron\upsilon\upsilon\omicron\varsigma$: sed repugnant omnes
libri $\text{\textcircled{E}}$ tota antiquitas. Et Turnebus ait
facilius tolerari posse, ut in principio $\text{\textcircled{æ}}$ scri-
batur quam in medio, quia sic interdum in
veterum scriptis inveniatur : at in medio
numquam.

Mærcio, tristor, cum $\text{\textcircled{æ}}$, deducitur enim
à marceo teste Varrone, quod antiqui libri
confirmant : non nulli $\delta\alpha\omicron\tau\omicron\tau\eta\varsigma$ $\mu\omicron\iota\epsilon\gamma\varsigma$ deri-
vant, quo nomine Græci Parciam signifi-
sarunt $\text{\textcircled{E}}$ sic cum $\text{\textcircled{æ}}$ scribendum videtur.

Marci-

Marcus, non Martius, familia, est enim à Marcus.

Messalla, gemina ll, cognomen Valeriorum à Messana urbe capta. Macrobi.

Mi, dativus absq; circumflexo: non enim est ex mihi contractum, sed est dativus regularis à genitivo mis, priorq; fuit quam mihi. Nam primò fuit mi, deinde mij, tandem mihi propter concursione[m] vocalium factum est. Scal. Gifan.

Mille: Hoc vocabulum quando est adjectivum, quidam unica l scribi volunt, ut ille, cubile, sic & mile: Hinc saepe invenimus miliens in antiquissimo Bembi Terentio & alibi.

Mistus, non mixtus, à themate misceo, miscui, mistum, sic & mistura ex Prisciano, qui ait tantum unum participium esse quod x habeat ante t, textus: & id probat Scal. & Frisch:

Moechor cum æ, graeca consuetudo.

Moenia, cum æ, à muniendo.

Monumentum, per u tantum quidam volunt hanc vocem scribi, ut documentum, tegumentum: tamen & monimentum cum i scribi posse non dubito cum sit à monitum: sic

sic à vestitu vestimentum, ab altu pro alitu
alimentum: à munitus munimentum.

Multa, an multa scribendum sit, si ety-
mologiam sequimur, obscurum, cum, ut ait
Agellius, Sabinum verbum sit: priorem ta-
men Orthographiam libri veteres teste Ma-
nutio defendunt: dicta enim est multa, ut
vult Varro, quod multa simul exigebantur:
qui posteriorem probant, derivant à mul-
gendo, quia, quemadmodum pecora, dum
mulgentur, suo privantur lacte: ita cui mul-
ta dicitur, veluti emulgeatur pecunia:
Sed ridicula est prorsus falsa haec est etymo-
logia.

Musæum cum diphthongo, ex Musa:
Museum verò cum e, ex μῦσείον. Scal.

N.

Nanciscor, nactus sum sine n in prae-
rito: quamvis Terentius, Bembo teste, nan-
ctus, et finctus scripserit: Usus enim illud
approbat.

Ne dum, separationem scribendum: quia
sicut non multi, non nulli; et non nihil sepa-
ratim scribimus: sic reliqua videntur scri-
benda, non nunquam, nihil dum, non dum,
nec dum, ne dum. Hæc Manutius.

Nefas

Nefis cum f. est enim à fas.

Negotium cum t, componitur enim ab otium.

Nummus, duplici mm: libri veteres & prologus Plautina fabula Trinummus: invenitur tamen etiam unica m scriptum, quia est $\delta\mu\theta\tau\delta$ $\nu\theta\mu\theta$. In Aristotele, Poluce & alijs invenitur $\nu\theta\mu\theta$ & græcè cum duplici mm scriptum, sed Turnebus ait, hanc vocem Græcos à Latinis sumpsisse.

Numisma & nomisma scribitur, primaq; semper corripitur, non obstante quod numus producat.

Nenia cum e, est enim à græco $\nu\eta\nu\iota\alpha$ & $\nu\eta\nu\iota\alpha$. Scal. Pompeius addit, quosdam vocabulum hoc nania, deducere ab extremi intestini vocabulo: græci enim $\nu\epsilon\alpha\lambda\acute{o}\nu$ extremum dicunt, sive quod chordarum ultima $\nu\epsilon\alpha\lambda\acute{\eta}$, contractè $\nu\eta\tau\eta$, dicatur, extremam cantionis vocem naniem vocarunt, & propterea cum a scribendum videtur, ut brevis vocalis producat: scribitur tamen & $\nu\epsilon\iota\alpha$ &, hinc nenia cum e longo,

Ningo

Ningo & ninguo: sunt enim ab antiquo
ninguis, pro quo nos dicimus nix. Scal.

Nuntius cum t. Festus.

O.

Obex, obicis, non obijcis, alterum enim à
addunt Poeta propter syllaba quantitatem.

Obscenus: sine diphthongo, deducitur
enim à scena, quam Graeci σκηνή. Hec Manu-
tius: illud enim obscenum vocarunt, quod
non nisi in scena dici licitum fuit. Scaliger
verò cum æ scribi vult & deducit à cæno
quod est τὸ καίνον, & fortassis rectius:
quidam scenam cum æ scribentes contra
græcam etymologiam obscenus cum æ quoque
scribunt: vide Scena: aut cum Varrone
teste Lambino, à σκᾶ & derivant. Festus
ab Oscis derivat, quorum usus fuit frequen-
tissimus libidinum spurcarum: quod si ve-
rum: quidam Oscenum absque b & diph-
thongo scribi debere autumant.

Ofella, unica f, teste Servio, corripit
enim primam syllabam.

Olor: quidam hoc vocabulum inter ad-
spirata recensent, putant enim dictum ὄλορ

ὄλορ

ὄλος καὶ ὠλέγῃς, quod sit totus pulcer: plarumq;
hodie olor tantum scribitur.

Onus: sine adspiratione, libri veteres:
quamvis Pontanus & Agellius cum h scri-
bendum censent: Et Varro dictum putat ho-
nos ab honesto honere, & honestus quia ho-
neratus: quidam ducunt à græco ὄνϛ, qua
derivatio si probanda, ut omninò videtur,
adspiratio reijcienda est.

Oportunè, unica p. Festus & libri vete-
res: ratio verò compositionis per duplex pp
ut scribatur videtur exigere: est enim ab
ob & portus: dicitur q̄ opportunus, qui omni-
bus accommodatur veluti portus, ab eo quod
navigantibus maximè utiles optatiq̄ sunt
portus.

Opperior, duplici pp. Festus.

Oppidum: ab aliquibus scribitur duplici
pp, qui deducunt ab opponendo: ab alijs uni-
ca p opidum, qui derivant ab ope sive opi-
bus: & hoc placet Turnebo, Lipsio & Sca-
ligerò.

Opsonium cum p. Est enim in græco
ὀψώνιον prorsus eadem significatione. Frischl.

Ociior & Ocius. De his vocabulis sic Gi-
fanius: Qui per y hæc scribunt, falluntur,
nam

nam veteribus omnibus libris repugnat ea
scriptura, & Priscianus liquido indicat, per i
scribendum: cum enim dixisset, multa no-
mina esse ab alijs deducta, quorum tamen
ignoretur origo, exempli loco addit Ocior:
Ocior, inquit, quasi ab Oco, quod in usu non
est, licet à græco sit ὠκός: nec satis idonea
est eorum ratio, quod scilicet, à græco de-
ducatur, hac enim ratione permessa, tota
Orthographia apud Romanos misceretur ac
turbaretur. Sumpserant enim illi plurima
à græcis, quæ ita tamen vel errore primo,
vel prudenter ac paulatim conformarunt,
ut parens ignoretur panē.

Opilio: cum o: Poeta scribunt upilio:
Priscianus ait o brevem in hoc vocabulo con-
versum esse in u longum.

Orcus. Hanc vocem antiqui in ultima
syllaba adspirarunt, scripseruntq; orchus:
nostra tamen ætatis homines adspirationem
abjecerunt, quia absq; ulla ratione fuit in-
serta: Priorem quod attinet syllabam, quia
in græco est ὄρκος, (sunt enim qui orcum
dictum volunt ex eo, quod Dij jurabant per
stygem) interdum adspiratio retinetur, in-
terdum abijcitur: quidam tamen merè lati-

E

num

num vocabulum esse aiunt, & descendere
ab urgendo, ut orcus dictus sit quasi urgus.

Ostium sine adspiratione: est enim vel
ab os, oris, vel ab oser repellere.

Otium, cum t, libri veteres & Q. Pa-
pirius his verbis: In his syllabis sonus litera
& immistus inveniri tantum potest, qua
constant t & i, & eas sequitur vocalis qua-
libet, ut Tatius, Otium & similia.

P.

Pædor cum a: ἀπό τῶν παιδῶν.

Pæne pro ferè cum a: libri omnes teste
Manutio.

Pænitet, cum a, libri veteres: licet qui-
dam à pæna ducant, & pœnitentia cum æ
scribere malint.

Pænuria, cum a, libri veteres & ana-
logia, quod pane urat. Hac Manutius: re-
ctius tamen fortassis à πένυ, quod est fa-
mes, derivatur, & hac ratione cum e longa
scribi posset, nisi antiquitas repugnaret.

Palatium, unica l & cum t, prima
enim corripitur: & est à Palante vel à Pa-
lantia Evandri filia.

Parici-

Paricida, unica r, libri veteres: Scali-
gero magis placet parricida cum gemina rr:
Illud à parente: hoc à patre, t in r mutato,
deducitur.

Parnasus & parnassus, græca ratione.

Patricius cum c, græca consuetudo.

Paullum & paullulum ll geminata, ut
sensit Terentius Scaurus in libello de ortho-
graphia, cuius hæc sunt verba: Sine dubio
peccant, qui paulum & paululum per unum l
scribunt, cum alioqui prima positio eius du-
plici hac litera enuntietur, pollum & posil-
lum: quod enim nobis jam est paullum, an-
tiquis fuit pollum, quod nobis Paullus, illis
fuit Pollus: nam au in o & è contrario o in
au sæpè sunt mutata. Huic sententiæ non
adsentitur Priscianus, qui ait l in hac voce
non geminandam esse, sicut nec s in causa,
au enim, inquiens, diphthongus post se ge-
minari consonantem prohibet. Scaliger pau-
lum à παῦλον ducit & in λ mutato, & sic
etiam unicum tantum l probat.

Penetrare cum e & i penetrare in an-
tiquorum libris invenitur, est enim hoc vo-
cabulum à penitus, & intrare compositum.

Perennis, cum duobus nn usus postulat
ut scribatur, ab anno enim ut & perannare
originem ducere videtur. At Lambinus per-
emnis cum m ante n hanc vocem scribi vult,
ab anni enim, inquiens, originem ducit,
non ab anno. Hinc peremnia in auspicijs. Sic
Cic. l. 2. de nat. deorum: Nulla peremnia
servantur: Et Festus: Peremneis dicitur au-
spicari, qui amnem aut aquam, quæ ex sacro
oritur, auspicato transit. Ego puto utrumq;
tolerari posse suo loco. Turnebus quoq; ab
amne derivatum ait, sed perrenne cum duo-
bus nn, se tolerare, lenioris soni gratia.

Pignus, pignoris & pigneris: utrumque
rectè scribitur teste Prisciano & libris ad-
stipulantibus.

Plerique à πλήρες: invenitur tamen et-
iam cum æ diphthongo scriptum.

Pœna cum æ à ποινή.

Pœni cum æ. M.

Polla & pollio duplici ll libri veteres.

Polliceor, polluceo, & polluo duplici ll:
illud enim est à πολύ & liceor: istud ab eo-
dem & luceo: hoc quasi porro lauo.

Pomerium sine diphthongo, græca ra-
tione, est enim πομήριον: invenitur tamen
& cum

Et cum æ scriptum, nec absq, ratione, ducitur enim à muro, quod antiqui mærum dicebant, Et est pomærium quasi post mærum seu murum.

Poplicola nõ publicola Manutius ait scribendũ: cuius causam ponit Livius, quasi à populo celeretur. Hanc derivationem approbat Turnebus, mavult tamen scribi Publicola, quàm Poplicola, propter asperitatẽ: sed quantum huic sententiæ tribuendum judicent alij.

Portunus: à portu: Erythreus ait à quibusdam scribi cum m n portumnus: à nonnullis cum duobus n n portunnus, à quibus rationem poscit. Illi qui portumnus scribunt originem vocis ab amne ducunt, Et sic m n manere potest.

Posthumus, cum adspiratione, servata derivatione quam quidam adferunt, ut quod sit ab humus. Eruditioribus tamen magis placet absq, adspiratione scribere: Et Turnebus ait, postumum non modò eum significare, qui patre mortuo, sed etiam qui postremo loco natus est: hinc Goclenius ait quod fiat à post postumus, ut ab extra extumus, Et Frischlinus superlativum esse dicit à posterus pro postremo: Et multi docti

priorem scripturam omnino reijciunt, voluntque esse vocem simplicem, non compositam.

Prædium, cum a, est enim, si Varroni credimus, à præstando.

Prælium, cum a, quasi præludium. Festus: prælium cum æ placet Manutio, quia sic habeant lapides.

Prælum cum a à præluendo.

Prætor cum a, quasi præitor.

Præs cum diphthongo à præstando.

Præmefero, præsefert. unica dictione scribo, quamquam ex tribus componatur, usu enim in unam transit, sicut quemadmodum, quamobrem & similia. Hac Manutius.

Prencus, non prehensus Terentius Scaurus præcipit scribendum: quod deducatur à prendo, non prehendendo. Utrumque tamen scribi posse non dubito, prehendendo enim suum quoque habet derivatum.

Precium, cum c, ut Camerario placet: quamvis alij malunt cum t: est enim, ut Scaligero placet, à procando, vide Precium inferius in originibus.

Pro, interjectio, sine aspiratione, ut pro Jupiter. Festus. Scaligero placet prob, quia
fit

sit à prohe, sicut ah ab aha, & magis af-
ficit proh quam prò: Huic tamen sententia
repugnat tota antiquitas teste Pontano:
numquam enim scripserunt proh.

Proscenium sine diphthongo, est enim
à scena.

Proœmium: absq. adspiratione, deriva-
tur enim ab οἶμν cantus: quidam deducunt
ab οἶμν via, quod proœmium ante rei in-
gressum ponatur. Scaliger eos parvi esse ju-
dicij ait, qui posteriorem defendunt senten-
tiam & à via deducunt proœmium: Nam:
inquit Scaliger, quemadmodum proœmium
quod est oratio erit ante orationem, si ora-
tio via est, erit ante viam via, quo nihil
ineptius excogitari potest. Quis enim am-
bulat ante quam ambulet? Sed est ut alijs
prudentius profitentur, à citharædis trans-
latum, prius enim quam cantiones insti-
tuant, modos quosdam faciunt, quibus in-
troducant auditores: Pontanus ait Proœ-
mium cum adspiratione scribi posse propter
hiatum: & ne vocales coalescant.

Pulcer: quidam hanc vocem absque ad-
spiratione scribentes agnoscunt pro puro

Romano, deducuntq; à polleo. Quidam pol-
cer cum o scribunt, & derivant à polio, ut
vult Terentius Scaurus. Scaliger omninò
pulcher cum adspiratione scribi vult, fuit
enim græcum, inquit, πολύχεις id est, for-
tis: Romani enim qui omnia ponebant in
fortitudine, cum formosum putabant qui
esset fortis.

Q.

Quamobrem, quemadmodum, sicut, si-
cuti, velut, veluti, quamplurimum, quam-
primum, quamdoctissimus, propterea, per-
bellè, admodum, & similia unica dictione
scribo: quæ cum sint composita, usu tamen in
unam naturam coierunt. Hæc Manutius.

Quattuor, duplici t t scribendum ait
Manutius: quod tamen ubiq; observari non
potest, cum enim sit à quater, sæpius à Poe-
tis corripitur & unica t scribitur: quod &
Scaligero placet, qui ducit ex κῶτερος, pro ἑ-
τέρος l. i. de caus. ling. lat. cap. 28. Poeta verò
alterum t adijciunt propter syllabæ produ-
ctionem, quod Scaliger filius sic ex græco de-
derivat: τίσαστες, πίσσες, πέσες Osce, πέ-
σος, & ex hoc quattuor: sic τίς, Osce πῖς
quis,

quis, τί τίτ & τίττιτ quidquid, πέμπε pro
πίπς quinq, ποτ & quotus.

Queis seu quis pro quibus: utrumq, enim
veteres scripserunt teste Lipsio in lib. de
pronunciatione.

Querela: unica l quamvis sapissimè duo-
bus ll à multis hodiè videmus scribi, an
enim veterum auctoritate probari possit
ignoro. Puto tamen fortassis deminutivum
esse à querela: sicut enim à catena catella,
ab umbra umbella, ita à querela querella
duci posse: sic veteres ab hila protulerunt
deminutivum hilla & hille.

Quinctus, Quinctius, Quinctilius,
Quinctilis, & Quinctilianus cum et scribo,
secutus lapides Capitolinos & alios: admo-
net enim etymologia, ut quemadmodum à re-
linquo relictus, à cingo cinctus, à coquo co-
ctus, sic à quinq, quinctus derivemus. Hæc
Manutius. Ab his nec Cicero abhorruit, ut
ex manuscriptis ipsius patet teste Gryphio.
Turnebus hanc scripturam reijcit, propterea
quod marmorarij, non fuerint homines docti,
sed plebej, itaq, facile errare potuerint:
sed licet ipsi hoc demus, etymologiam tamen
E s repre-

reprehendere non potest, de qua etiam nul-
lum addit verbum. Et quod ad lapides
& monumenta antiqua attinet, multi in-
veniuntur hodie, qui omnem illis derogant
probationem propter causam dictam: qui-
dam verò non è face vulgi contrariam de-
fendunt sententiam, ipsisque non pauca
tribuunt: quorum non omninò videtur im-
probanda opinio. Cum enim superiori sa-
culo, prius quam ars typographica inventa,
maximo illi erat honori, cui statua aut mo-
numentum propter res benè gestas erigere-
tur: non certè puto, eos quibus poni, aut
qui etiam ponere eiusmodi monumenta
debuerunt, tam fuisse secordes, ut non plus
diligentia in illis exsculpendis adhibuerint,
quam nostrae aetatis homines: qui scriptis
& libris famam suam propagari posse no-
runt. Immo etiam ipsi sculptores non adeò
fuerunt imperiti & rudes, ut, quid rectum,
ignorarent: quibus quoque nostri artifices ne
extremâ linea sunt comparandi: Vide quod
doctiores inclinant.

Quo modo & quoquo modo & similia
quis dubitet separatim scribenda esse? si-
cuti

cuti etiam scribitur quodam modo; eiusdem generis sunt, si quis, prius quam, postea, quam, ante quam, jam pridem, jam dudum, jam diu, hoc est, id est, propter ea, quod: quod libri & lapides confirmare videntur. Hæc Manutius.

Quotidie, unica t, est enim, ex quoto die: Poetæ alteram t adijciunt, ut brevis syllaba producat. Sunt qui scribunt cottidie cum c, itaq; olim priscos scripsisse testis est Quintil. l. 1. cum ait: fuisse quosdam, qui quotidie scribendum praeceperint, quod compositum videatur à quotus vel quot & dies: verum hanc nationem frigidam esse & inter ipsas ineptias evanuisse: Cui adstipulatur Victorinus l. 1. de orthog. inquit: quamvis coquus à coquendo & cotidie à quoto & die derivata sunt, tamen per c non per q scribenda sunt, cocus, cotidie.

Quoties: absque n Camerarius vult ut scribatur: quamvis prisci etiam quotiens, miliens, centiens, noviens teste Rembo, qui hoc in Virgilij antiquissimo codice se legisse affirmat, scripserunt: Priscianus hanc quoq; sententiam confirmat, & hoc rectius fortassis propter antiquitatem.

Religio

R.

Religio unica l. Festus. Poeta addunt l, ut producat^r prima syllaba, qua brevis natura est.

Reliquia, unica l, fit enim à relinquo: Poeta addunt l propter syllaba quantitatem.

Remotus. Heic libet admonere ex Gifanio: male nimirum hoc vocabulum cum duobus m m scribi, quando prior debeat produci: repugnat enim, inquit Gifanius, antiquitati, & videtur ἀυσσόν & agreste. Sape autem prior longa ponitur absque geminatione consonantis apud veteres. Et alio in loco de eodem: Relligio, relliquus, alituum, rey, vellatum, repperi & similia quadam admittam facile, ut & græcum ῥῆι: at remotus, vaccillo, subbigit, redducere, resfugere, reccidere, non item: Idem vult Scaliger & Acidalius, teste Taubmanno.

Repperit: in præterito semper cum duobus pp scribi vult Priscianus.

Reprehendo, sine diphthongo cum aspiratione, corripitur enim in secunda syllaba.

Renus, absq³ aspiratione. Scal.

Rufus, Rufinus, Rufinianus, unica f. Manut. Sapio

S.

Sæpio septus, cum e scribi debere docet Gifanius ex libris veterum: Id quod patet etiam ex adverbio sæpè, quod teste Pontano, à sapere originem ducit: Nam quod sæpes spissa esset, inquit, & densa, dixerunt sæpè pro frequenter: Perottus ait sæpè nomen scribendum esse cum e, adverbium verò cum æ ad differentiam, quod si bonum, tunc & verbum cum e scribi posset: sed cum sint cognata & unum ab alio descendat, rectius fortassis easdem quoq; retineant literas.

Sallustius, duplici ll, libri. M.

Sapho, unica p: quamvis enim in græcò est σάπφω, latina tamen lingua post p alterum p adspiratum non admittit teste Pontano.

Sarctor & sarctum cum c scribi debere docet Perottus: à sarcio: Sartor enim, inquit, absq; c est à sarriendo, id est, purgando: verum usus aliter obtinuit.

Scena, sine diphthongo, græca consuetudo: σκηνή: Et Scaliger ait ineptos esse qui hoc vocabulum cum diphthongo scribant, quamvis Priscianus, Camerarius, & Gifanius diphthongum non quidem ex vera etymologia.

mologia sed ex antiquorum consuetudine
magis probent.

Scheda. Hoc vocabulum pro varia ety-
mologia, variam, teste Goclenio, sortitur
orthographiam, quidam enim volunt scheda
à græco σχέδον: quæ est usitatissima: quidam
scida à scidendo: non nulli schida. ἄπο τῆς
σχίζω: alij tantum sceda, ut Quintil.

Socors & socordia: cum o prærumque
scribuntur: cum tamen sit à præpositione
se, rectius quidam putant scribi secors &
secordia: dicimus enim segrego, separo, non
sogrogo & sopro. Frischl.

Seculum: quidam hoc vocabulum absq̃
diphthongo habita ratione derivationis scri-
bunt, est enim à sequendo, quasi sequecu-
lum teste Pontano, producit q̃ primam con-
tra primitivi naturam: Erythreus tamen
ait priscos secculum cum duobus cc scripsis-
se, ut repperit, relligio: Scaligero magis
placet saculum cum a, ut hac ratione brevis
syllaba producat: id quod etiam vult Fe-
stus & Manutius: Frischl. Junius, teste
Taubmanno, à se, quod est seorsim, & co-
lere ducit, quod tamen Grutero acutius
quam

quam verius videtur. Palmerius derivat
à secare.

Septemtrio, cum m, non cum n, libri. M.
Sepulchrum, sine adspiratione: fit enim
à supino sepultum sepulcrum: ut à simula-
tum simulacrum, à fultum fulcrum, muta-
ta t in c & addita r. Agellius, Pontanus,
Valla & Servius aliter tamen sentiunt:
Hic enim veteres scripsisse sepulchrum ait,
post abjectam esse adspirationem: Tria
enim veteres habuerunt nomina, inquit, in
quibus c literam secuta est adspiratio, se-
pulchrum, orchus, lurcho: Rectius tamen
sepulcrum absq, adspiratione.

Sidera, non sydera: libri veteres & ety-
mologia, deducitur enim ab insidendo. Hæc
Manutius: qui sydera defendunt cum y,
deducunt ἀπὸ τῆς οὐρ & εἰδέν, quod plures
stella simul conspiciantur: aut ἀπὸ τῆς οὐρο-
δέουσι convenire, ut sydus sit plurium stella-
rum conventus: Hinc volunt dictum ver-
bum desiderare seu desiderare & conside-
rare, quæ suo loco vide.

Sigillatam, non singillatim, à sigillum:
libri veteres teste Manutio.

Sifo, non sifho: consuetudo.

Simula-

Simulacrum absq; adspiratione: est enim
à simulatum: vide Sepulcrum.

Silva, cum i, non cum y, omnis antiqui-
tas: Hæc Manutius: & putant dictam esse
hanc vocem à silendo. Scaliger hanc & ety-
mologiam & orthographiam rejicit, nullibi
enim minus est silentij, inquiens, quam in
sylvis, minima etenim aura & flatus soni-
tum excitat. Idem deducit ab ὕλη & per y
scribi vult: sylva enim, inquit, omnis gene-
ris præbet materiam. Hanc etymologiam &
Gifanius probat, qui tamen per i scribere
jubet, ne confundantur omninò Græca & La-
tina lingua.

Simillimus, gemina ll. Scal. & Priscia-
nus ait: hæc facilis, difficilis, humilis, gra-
cilis, similis, agilis, faciunt superlativum
abjecta is & addita limus: vide humilli-
mus: Et Scaliger in lib. de caus. ling. lat. ubi
agit de superlativo sic ait: Geminarunt au-
tem sibilum sic, Incitissimus: idcirco quia
etiam Græci produxere mutatam vocalem
quæ esset brevis post brevem, ut patet ex
σοφός, σοφώτατος. Tractus enim vocis lon-
gioris id exigere videbatur: quare eodem
exemplo etiam aliam terminationem con-
stituerent.

stituere, uberrimus: tanto facilius, quod
jam alteram literam ex geminatis ibi inve-
niebant. At in tertia terminatione, quare
recentiores unica tantum liquida pronuncia-
runt sic, Similimus: cum tamen proprium
eius fuerit geminari ob soni lenitatem, &
producatur apud poetas semper, & in anti-
quis exemplaribus omnibus ita scriptum sit,
& subsit, tum analogia, tum analogiae caus-
sa, quare sit geminanda.

Sincerus. De hoc vocabulo sic Donatus.
Sincerus est purus sine fuce & simplex ut
mel sine cera: scribendum ergo cum i. Huic
reclamat Valla, quod prepositio Sine nus-
quam inveniatur in compositione: sed adfert
ἐνσωσκ Scaliger vocis Simplex, quae videtur
facta esse à sine & plica: Alij scribunt Syn-
cerus, ut sit graecolatium velut mel cum
cera partiens cum socio ut integrum homi-
nem decet. Goclenius Scaligeri sententiam
tuetur. Nam i. σω, inquit, significat con-
junctionem & societatem: at sincerum idem
est quod purum, cui nihil est admistum: Sine
autem negationem conjunctionis & admi-
stionis significat: Ergo Sincerus est à sine
& cera.

F

Sobo.

Soboles: Hoc vocabulum hodie plerumq;
cum o in prima syllaba scribitur: sed certe
falsò, id quod omnes eruditi testantur, est
enim à præpositione sub S oleſco, nec ullum
verbum dari poteſt, ubi præpositio hæc non
integra permanserit, S repugnant omnes
veterum libri. De hoc ſic Giſanius: Non
ſcribo quidem οεδοξεά. Πυρα, reprimere ta-
men meq; continere non potui, quin testa-
tum relinquerem, hanc vocem vulgo perpe-
ram ſcribi ſoboles, cum in s. libris Lucr. Cic.
Virg. Horat. Prudent. Pandectis Florenti-
nis, Feſto, aliorumq; deniq; omnium libris
ſuboles ſcriptum in venerim, eamq; ſcriptu-
ram notatio confirmat planiſſimè, nam
ab oleſcere S ſub deductum eſt, teſte Fe-
ſto: ut adoleſcens ab adoleſcere, id eſt, cre-
ſcere. Neq; ignoro harum literarum u S o
magnam olim inter ſe fuiſſe permutationem:
adeo ut omninò conſentiam illis, qui adule-
ſcens veteres ſcripſiſſe affirmant, libris vel
liquido atteſtantibus; verum in ſuboles non
idem admifero, cum veterum libri conſtan-
ter repugnent. Hæc ille. Hoc etiam probat
Lambinus qui S ipſe adfirmat, ſe ſemper
indeniffe ſuboles nunquam ſoboles cum o
scri-

scriptum. In eadem sententia est Lipsius
nec Goclenius repugnat.

Solicitus, unica l: Solicitare enim Festo
est solocitare, id est ex suo loco movere, &
quia prima syllaba, ut in solum, brevis erat,
ideo Poeta addiderunt l ut in Relligio:

Superbia unica p, est enim ab ὑπερηβή: &
sic squarrosus à squarra, quod antiqui scri-
pserunt scarra, à Græco ἐξάρεγ: sic Spurius
à σπείρεω quod incerto sit prognatus se-
mine.

Solenne, unica l & duobus nn, volunt
enim esse ex solo & anno: quod solenne id
sit, quod fiat in anno semel: Manutius ait
libros habere sollempne, cum duobus l & m
ante n contra analogiam, sic q̄ scribendum
ait propter antiquitatem. Sed ut rem alius
aggrediamur, & verā causam huius scriptu-
re inquiremus, (non enim puto veteres solle-
mpne absq̄ ulla ratione scripsisse) sciendum,
quod hoc vocabulum teste Festo & Lambino
(priorem partem quod attinet) non sit à vo-
cabulo latino solum, sed deductū ex Oschorum
lingua, qui solum dixerunt, quod nos totum:
& sic per duplex ll, si Festus & Lambinus non
fallunt, scribendum: quod autem interdum

etiam unica l' inveniatur scriptum, causa
est quod antiquissimi consonantes non gemi-
narint, ita ut etiam osci solum pro sollum
dixerint, id quod ex multis alijs patet teste
Cicerone & Quintil: Illam verò consuetu-
dinem Ennius mutasse fertur, utpotè Græcus
Græcorum more usus, quod illi æquè scriben-
tes ac legentes duplicabant mutas. Et hæte-
nus de priore parte huius vocis: Posterio-
rem partem quod attinet, quidam in ea sunt sen-
tentia, ut ab amne non ab anno originem
trahat, propterea, quod sacrificia juxta
amnem celebrata fuerint, hinc etiam vocata
sunt peremnia. Si ergo & hoc verum, omnino
sollemne videtur scribendum esse. Sed ut
exercitij gratia aliquid & nos addamus, et-
iamsi ab anno hoc vocabulum, ut quidam vo-
lunt, deducatur, nihil tamen obstare vide-
tur, quo minus cum m n scribi possit assen-
tientibus libris veterum. Annus enim, in-
quit Pontanus, olim non duobus n n scriptum
fuit, sed cum m ante n amnus, ex am enim,
quod est circum, composita est hæc vox, unde
& amnis, quod in circulum rediret: & hoc
patet ex bimus & trimus, quæ sunt quasi
biamnus & triamnus: quæ res indicat prin-
cipio

cipio secundam anni literam fuisse m: poste-
 rior autem etas mutavit m in n, ut disse-
 rentia genitivi anni & dativi annis ha-
 beri possit. Sollemne igitur antiquissimam
 suam originem, hac ratione servata, reti-
 nuisse quis dubitat? Elige quod tibi placue-
 rit: Ego potius, scientiam cum Cicerone ut
 tibi retineas, populo loquendi usum concedas,
 te monitum velim: Sollemne soli fidei probat
 Turnebus ex Livio: Gifanius ex Lucretio:
 & sic omnes habent lapides & monumenta
 antiqua, quod ex illius scriptis patet, qui
 monumenta Italica edidit, qua percurrens
 semper scriptum inveni solemne: Et Cicero
 ipse in 2. de legibus hoc vocabulum sic scri-
 ptum habet: Neque ulla vitiorum sacra solle-
 nia abeunto: & l. 3. Sunto ludorum solem-
 nium. Immò Festus ipse non aliter quam
 sollemne habet. Et licet annus, ut quidam
 volunt, à græco ἔννϞ ducatur, hoc ipsum
 tamen ab ἀννϞ & vñ esse nullus dubito: ut
 prius fuerit ἀννϞ, deinde ad differentiam
 factum sit ἄννϞ, tandem ἔννϞ. Aut, ut
 unum adhuc addam, quod multis fortasse
 argutius quam verius videbitur, est hæc
 vox solemnis ab Osco sollo .i. toto, & ab se-

nico ἐμνὸς pro σμνὸς, ut ille dies dicatur sollemnis, qui totus est augustus & venerabilis. Sit quodcumq; sit, ego cum Gifanio dico, illos de sermone tum Romano tum Graco malè mereri, qui ea qua non legerunt, minusve intelligunt, continuo obelo configere non verentur.

Sollers: Talis etiam est hæc vox de qua ambigunt eruditi: quidam enim unica l scribentes deducunt ex solo: sed repugnant libri veteres teste Manutio, qui semper duobus ll scriptum Sollers habent. De hoc sic Lambinus: Sollers dictus quasi ὄλ. & ἀρῆν: id est, totus ars seu virtus, itaq; prior syllaba rectè scribitur duobus ll ut producat, vel est ab Osca voce sollo, id est, toto & arte, ut inquit Festus. Hæc ille.

Squaleo, unica l, à squama deductum.

Squama, unica m, libri veteres.

Strena, unica n, est enim quasi trena, à tertia officij representatione. Scal.

Sufenas, unica f. Manut.

Suspicio cum c à suspicor.

Succisivus seu subcivus à succido seu subcido: hoc tamen eruditis magis placet: alijs etiam est subsecivus à subseco. Geclen?

Turne.

Turnebus vult subsicivus ut scribatur, dixerunt enim veteres eodem teste subsico & subseco.

Synhodus, cum y & adspiratione, ut methodus, exodus. M.

T.

Tædet, cum æ, libri veteres: & hinc quidam deducunt tater & cum æ volunt scribi, cuius enim aliquem tædet, illud est ipsi tætrum: plerumq; tamen hodie cum e scribitur, teter.

Tæda: absque diphthongo & cum diphthongo scriptum invenitur, forsitan Græcorum ratione: Græci enim δας & δαῖς scribunt.

Tensa sine adspiratione, Festus & Pedianus, qui deducit à tendendo. Scaliger & alij δῖο τῆ θεῖς derivant, ut quod rem divinam vehat, & propterea cum th scribi volunt: De hac voce Muretus: Deorum vehiculum à tendendo non tentam nominaverunt, ne turpe verbum sonaret in sacris, sed tensam: Hoc eò cupidius adscripsi, quia vulgò malè, ut opinor scribitur thensa. Servius tamen in primum Aen: thensam ut scribamus precipit, sed ineptè. Hac ille.

Tercentum: non trecentum, habita ratione compositionis.

Tesqua. Hoc vocabulum non eodem modo scribitur: Varro enim tesca: Festus tesqua habet. Id quod notat Lambinus, qui ait, se malle legere & scribere tesca quam tesqua, ducit Varrone, qui ducit à tuendo, ut sint quasi tuesca. Et hoc ipsum Scaliger filius à græco deflectit, ut sint tesca quasi δάσκια, id est umbrosa seu nemorosa: quod est à græco δάσος, quia tamen c & q indifferenter interdum usurpantur, utrumq; fortassis rectè adhiberi potest.

Terra. Heic nota quod antiqui hoc vocabulum unica r tera scripserint, non quod sit à terendo, ut vulgus putatur, sed quia est à δαίρα, quo nomine vocatur Proserpina, qua præsidet terra & agricultioni.

Tethis, Tethyos: cum t exili in prima syllaba, & th adspirato in secunda sequente y, est Nympharum mater, primamq; producit. Thetis verò, Thetidos fuit mater Achillis primamq; corripit.

Thalia, cum i. Servius Thaleam dici debere autumat. Sed usus illud probavit. Scal.

Thus:

Thus: Hanc vocem quidam cum adspira-
tione scribunt, deducuntq; τὸν τὸ θυεῖν, id
est, sacrificare: aliqui tantum tus sine adspi-
ratione à tundendo malunt: Varro & Festus.

Tiro non tyro: libri veteres. Manut.

Torus absq; adspiratione, dicitur enim
à tortis herbis, ex quibus constructus fuit
torus.

Trans: Nota, ab antiquis saepe pro trans
scriptum fuit tra, ns abjectis, ut tralatus,
tramissus.

Triumphus: cum ph: adspiratio enim
teste Prisciano & Scaligero ex prima syllaba
in ultimam translata est: Sicq; propter
usum & consuetudinem scribendum videtur.
Ciceroni in Oratore magis placet triumphus,
adspiratione omninò abjecta. Quidam cum
f triumphus hoc vocabulum scribi volunt: Sic
Sylburgius veteres inscriptiones & nummos
apud Goltzium habere ait hoc vocabulum
cum f scriptum. Libet heic adducere verba
Frischlini ex dialog. 2. ubi sic infert Crusius:
Certè tu pro ph substituis f & pro y substi-
tuis i. Fr. Quaso te Martine, quomodo scri-
bis vocem Sifo? Cr. per f. Fr. quomodo vo-
cem tofus? Cr. per f. Fr. & an nò ista grecis
F s sunt

Sunt αἰφων ἔ τῶφθ, ut interim alia præ-
teream: (sic φημὴ fama, φουγὴ fuga φέγω
fero ἔ alia) Cr. Sunt sanè. Fr. Cur tu ergo
dicis quod ego expellam ph ἔ substituam f.
Cr. At cur tu scribis limfa ἔ triumphus,
Fr. An autem non licet ista sic scribere, qua
tam prcul recesserunt à lingua græca, cum
tamen nos recedamus à græca scriptura, in
ijs, quæ græca lingua multo sunt propinquo-
ra, ut sifo, tofus: alijs etiam sipo, sicut tri-
umpus, limpa, unde limpidus. Hoc observas-
se prodest puero, ne græcis literis scribat
vocem merè latinam, quales sunt tiro, si-
dus, confidero, sifo vel sipo, limfa vel limpa
unde limpidus ἔ similes, quas vulgus per y
scribere solet. Et alio in loco idem: Scriben-
dum est aclides, cortina, hiems, hibernus,
lacruma vel lacrima, limfa, papirus, pira-
ta, sidus, silva, sincerus, tiro, triumphus.
Item: Inepti sunt qui Romanis aut barba-
ris vocabulis adspirant: qualia sunt ca-
rus, pulcer, faselus, Cartago, Cetegus, Ot-
to, Mato, tropæum, triumphus, sulfur, sifo,
lacruma, sepulcrum.

Tropæum: absq; adspiratione ex græco
τροπαιῶν: licet aliqui scribant trophaum.

Tuscia

Tuscia sine adspiratione, à Tusco enim rege dicta est teste Pontano: non à thure ut quidam volunt.

V.

Valetudo dixerim libentius quam valetudo contra analogiam. Et libros veteres: video enim Horatium in sermonibus dixisse, dura valetudo, producta secunda syllaba: quæ, si valetudo dicas, brevis erit: verisimile igitur est alios valetudo, alios valetudo pronuntiasse, in quibus Horatium, fortasse duplici supino valitum et valetum: ut ab oleo, olitum et oletum, unde obsoletum, exoletum. Potest enim ut à duplici præterito olui et oleui factum est duplex supinum olitum et oletum, itidem fuisse à valeo duplex præteritum, valui unde valitum et valetudo: et valeui unde valetum ex quo valetudo: Hac Manutius.

Vacillo, unica c: prima enim corripitur.

Vacinia: unica c, libri.

Vber, sine adspiratione plerumque scribitur: Pontanus ait his vocabulis, huber, hubertas, hubertim, hubera adspirandum esse: sunt enim à græco verbo ὑω ut quibusdam placet, u in u productum verso, ac b litera hiatus causa interjecta. Ego tamen, inquit ille,

*opinatus semper sum huber deductum esse,
ab humeo, ut tuber à tumeo, m, litera in b
versa: loca enim arida infecunda sunt, con-
tra qua humecta sunt feracia, & mulie-
rum hubera si humore careant carebunt &
lacte: Sic Virgilius:*

*Cogite oves pueri, si lac præceperit
æstus,*

*Vt nuper frustra pressabimus hube-
ra palmis:*

*Heic Virgilius videtur nobis indicare vo-
luisse hubera ab humendo dicta; si, inquit,
æstus humorem præceperit atq; arefecerit,
frustra hubera, qua omni humore vacua
erunt, exprimemus: Hæc Pontanus. Appu-
leius grammaticus à græca præpositione
ὕπερ qua abundantiam quandam impor-
tat deducit.*

*Vecors cum e: alijs vacors & vacordia
quod cordi va sit: sic Vesanus seu Vasanus.*

Venco pro vendo, sine diphthongo. M.

*Vertumnus: si ab amne verso deriva-
tur, cum m n scribendum: si verò ab eo, quod
anni vertentis poma percipiat, duplici n n.
Vertunus. Lamb.*

Vdus:

*Udus: de hoc sic Pontanus: ante d non
adspiramus nisi hudus, huda, hudum, quod
fit per concisionem à nomine humidus, vel
ut quibusdam placet, à græco υω, d, litera
interjecta, vel quod dicatur hudus quasi
sudus, quamquam nomen sudor etiam ve-
lint à græco duci. Camerario tamen magis
placet udus absq; adspiratione & magis est
in usu quam hudus.*

*Viretum, à virore: priscos virectum
scripsisse notat Erythraeus, quam dictionem
grammatici à viridi actu compositam tra-
dunt, alij ut à carice carecta: ita à virice
virecta deducunt.*

*Virgilius an Vergilius rectè scribatur
non satis constat: illud probat Manutius,
quia habeat nomen à virga: sive à virginali
facie, hinc vocaverunt eum Partheniata*

Vitium cum t, à vituperio.

*Vlcus: prærumq; absq; adspiratione scri-
bitur: græca tamen ratio hulcus probat,
est enim ελκω, quod etiam vult Pontanus.*

*Vlyxes & Ulysses probatur, duplex enim
σσ sæpè in x mutatur teste Scaligero.*

*Vlula & ululo ab ολολύζειν: Pontanus
ait his vocabulis, hululo, hululatus, hulu-
latio,*

latio, hulula, adspirationem à natura inhæ-
rere: Est enim hululatus luporum, qui sine
adspiratione satis exprimi non poterat. Hu-
lula quoq; à cantu suo nomen accepit.

Vngo & unguo: hinc unguen & unguen-
tum.

Vitricus & victricus in antiquorum
libris invenitur, an quod supervictitet prio-
rem parentem?

Volcanus cum o, libri veteres: à vo-
lando.

δ. γ. θ.



Fragmen-

Fragmentum ex epistola qua-
dam Gifanij de quorundam
verborum orthographia.

Scribendi rationem, quam ortho-
graphiā vocant, eam tenui, quam
à doctis viris hodiè probari & cum
antiquitate consentire viderem: De
græcis verbis, ijsq; omnibus quæ græ-
ca sunt origine, sed Romana pror-
sus jam facta, rectè exarandis, longè
alia mihi quam quæ vulgo, est sen-
tentia. Puto ea quæ in vet: codici-
bus uno consensu, licet græca, Ro-
mano more sunt exscripta, itidem
à nobis scribi debere, ut sua cuiq; re-
linquatur & vindicetur consuetu-
do: sic illud Persij scribendum opinor
ex vet: libris: quis expedivit psit-
taco suum cberere? Quæ autem Ro-
mana sunt vocabula, licet Græciæ
originem debeant suam, non tamen
ideo

ideò scripturam sequi debent, verbi
caussa: Ocius, hiems, stilus, sylva,
tus, Tuscia, inclitus, duplus, clipeus,
ligurrio, scena, lacrima, Ulyxes cy-
gnus, poësis, dioecesis, epistula, nu-
misima, tribulus, Brundisium, alia
plurima. Conserunt enim Latini
quedam ab alijs sumpta nomina ita
conformare & consignare, ut origi-
nem ipsi agnosci nolint, suaq; pror-
sus esse, ut existimetur. Silva nunc
scribunt omnes & hiems i latino,
que tamen à grecis profecta omnes
grammatici veteres testantur. Ea-
dem ergò ratione lacrima, clipeus, in-
clitus scribenda existimo, consentien-
tibus etiam libris vetustis omnibus:
& interdum inclutus, lacruma, &
pro ut in descriptis manu membranis
exstabit. Nam inter i & u literas
mira antiquis fuit variantia, mu-
tuaq;

tuamq; in alterius locum, migratio.
Quid multa? si ad originem semper
licebit mutare scripturam, omnis lin-
gua latina turbabitur. Quare me-
lius videtur consuetudine hac Ro-
manorum observata (quod haecenus
non factum miror, indeq; è latino
sermone penè Græcus exstitit) vete-
ra etiam monumenta & grammati-
cos imitari ac sequi. In his verò
sumpsi, contemptus, &c. consuetudi-
nem omnium veterum & gramma-
tici doctissimi Prisciani sum secu-
tus, non ignarus quid Victorinus,
quid item ratio postulet: verum
usum communem his sequendum pu-
tavi tam vetustum: præsertim cum
sciam Victorinum sæpè nimis accu-
raturum esse & præter æquum curio-
sum. Scripsi etiam tamquam, num-
quam, quemq;, &c. veteres omnes
G libros

libros & originis rationem secutus.
Accusandi autem casum tertij ordi-
nis in multitudinis numero sæpè in
is scripsi, religiosè in hoc servata
vet. codicum scriptura: Nam & ve-
teres, Priscianus, noctium Attica-
rum scriptor, multiq; alij idem, ut
fieret diligenter monuerunt. Priscia-
nus etiam acriter librarios reprehen-
dit, quid nunc faceret, ubi contra
libros omnes antiquos & pleriq; omnes
scribillant? hunc profecto errorem,
etsi Afri, ut opinor, auctoritate ni-
tatur, amplius ferendum non puto.

Fragmentum ex epistola quadam
Lembini de Orthographia quorun-
dam vocabulorum.

R Etiam vocum scribendarum ra-
tionem, quam orthographiam
græci nominant, eam sum secutus,
quæ à plerisq; doctissimis ætatis no-
stræ

stra viris probatur, quæq; in vete-
ribus & fide dignis marmoribus re-
peritur: exempli causa hæc nomina
sic typis describendum curavi: Me-
cenas: Paullus, Messalla, Sulpicius,
Mucius, Scævola, Hirtius, Pætus,
Calpurnius, Etruscus, Brundisium:
tum hæc hoc modo: silva, hiems, sæ-
culum, maror & mereo, celum, hæ-
dus, nuntius, otium, auctor, edera,
beres, ænus: tum hæc quæ ab uno ve-
luti fonte manant cum diphthongo
æ, fetus, fecundus, femina, fanum:
hæc autem quæ è græca voce πῶνι nata
sunt cum diphthongo œ, pœna, pœni-
tet: illa autem pœnè, penuria, cum æ
diphthongo, non quod alia eorum sit
origo, sed quod talem scripturam
confirmant antiqua monumenta ve-
teresq; membrane. In his porro sumsi,
contemsi, comsi, promsi, demsi, sum-

tus, comtas, promptus demtus, & in
his emtus, ademptus, exemptus, per-
emptus, primum antiquissimi gram-
matici auctoritatem, deinde ratio-
nem ac veritatem ipsam sum secu-
tus. Marij igitur Victorini, qui Aelij
donati fuit equalis, haec verba sunt
in lib. de orthographia: Nam hiems
& sumsit & insumfit sine dubio per
ms scribetis, & quando in harum
vorum mentionem incidimus, nec
consumptum, nec emptum, nec re-
demptum, nec temptat, nec attem-
ptat & similia istis per pt scribatis
vitiosè, sed ut ego scripsi, juxta m t
ponetis. Multum quidem apud nos
valere debet tanti grammatici au-
toritas, sed si quis huius scripturae
quoque rationem flagitabit, ea est in-
promptu posita minimèque obscura. Non
debet igitur supinum a sui praeteriti
vel

vel lege vel natura discrepare, neq;
ullam omnino literam, quæ in præ-
senti aut præterito non fuerit, adsu-
mere, præter eas quæ supinorum sunt
proprie, quales sunt s & t. Cum igitur
hæc verba, emo, redimo, adimo,
eximo & in presentibus & in præ-
teritis litera, p. vacent, supina
quoq; eadem vacare debent, itaque
scribendum emtum, comtum. De his
autem sumo, promo, temno, como,
demo & similibus dico præter natu-
ram liquida m, quæ est horum ver-
borum litera quodammodo genitilis,
id est, à quo ceteri modi, cæteraq;
tempora, oriuntur ac gignuntur,
quam Græci characteristicam appel-
lant, dico inquam, præter illius lite-
ræ naturam, p in eorum præteritis
aut supinis interponi. Nam liquida
m, quæ fuit in presenti vel in præ-
terito

terito perit, ut premo, pressi vel si
fortè servatur, nullam præterea
assumit consonantem, ut emo, emi,
gemo, gemui. Idem de liquida n sen-
tiendum, ut sino, sivi, pono, posui,
sperno, spreui, in quibus perit: cano,
cecini, geno seu gigno genui, in qui-
bus retinetur. P autem in præteri-
tis eorum verborum, dumtaxat in-
tercedit, quorum in presenti vel b
inerat, qualia sunt sorbeo, scribo,
nubo, sulpo, carpo: nam literæ b & p
sunt inter se affines cognatæ, faci-
liusq; alter in alterius locum migrat:
quod item de m & b dici non potest,
quæ literæ ita sunt inter se dissimi-
les & dispares, ut altera cum altera
numquam mutari possit. Jam verò
in quorum verborum, præteritis p
inest, ut in his sorpsi, scripsi, nupsi,
& c. etiam in eorundem supinis p re-
peritur,

peritur, ut sorptum, scriptum, nu-
ptum: alioqui nullum eius in supino
vestigium apparere debet. Neq; me
mouet alius quidam nobilis gram-
maticus, qui tradidit m ante t
sine p propter euphoniam
scribi non solere. Ha-
Etenus ille.



A P P E N D I X.

CVm in superioribus pagellis de eorum vocabulorum origine plerumque mentio facta fuerit, quorum scriptura in disceptationem venit: operæ precium me facturum putavi, si etiam aliorum, non tamen omnium, sed plerorumq; , quorum partim ex scriptis Iulij parentis & Iosephi filij Scaligerorum, nec non Turnebi, Lambini, Gifanij, Mureti, aliorumque virum doctissimorum, horis meis subsicivis collegi, partim ipse pro ingenioli mei tenuitate conjectura ductus adjeci, ortum heic sub finem conscriberem. Hoc autem, qualecumq; est, meo studio, alijs viam præparare volui, qui hæc perfectiori cura alii fortassis sunt tradituri. Hunc ergo meum laborem, ut unus quisq; boni consulat, oro.

Sed ad rem.



Æquor

A.

Æ Quor ab æquus: hoc verò ab εἰκός, Da-
rice αἰκός. Auris ab αἰούω: sive ex εἰ.
Aries ἄριον τὸν αἰετα. Assentari vel à sensu
quod est κολακίευσεν, vel à semita, quasi as-
semitari vel assentari, quod est συναπάγε-
σθαι. Amicus ab amo. Ales ab ala. Ala ab
axilla, hoc ab axo, quod est ab ago. Aro
ἀρόω. Albus ἀλφειός, unde Ἔ Alpes. Adu-
lor ἀδύλω. Apex ἔσ. Apes ab ἀπην, sic
ἔσ Apiscor. Ab ἀπό. Amentum ἀμυγα. An-
guilla ἑγχελις. Ango ἀγχω. Ars ab ἀρσ.
Almus ἔσ ab alumnus ab alendo. Anus ab
annis. Annus quasi amnus ab am ἔσ no:
sic ἔσ amnis, quod circumfluant ἔσ in se
redeant. Austerus ἀυστήρ. Æger à græco αἰ
Festus ducit. At ab ἀταρ. Angulus ἀγκυών.
Alter ab ἀλτῆρ ἔπερ. Ambubaie ab anti-
quo ambu pro am, ut sic vocentur mulieres
impudicæ, quæ circa Baias, id est: loca ca-
lida delicatis studio erant. Aula αὐλα. At-
tonitus ab ἀτονέω. Ara prius asa, postea an-
sa fuit dicta, quod esset propriè foculus qui
manu portabatur, ἐχάρα. Æs ab αἰα. Ager
ἀγρῶ. Alacer ἀδάκρυς. Atrium αἰθριον.

G 5

Ædis

Ædis ab ἔδος. *Ancile* ἀγκύλιον. *Agnus*
 ἄμν. *Agmen* ἀγῆμα. *Acies* ἀκίς. *Acuo* ἀκυ-
 ράω. *Aranea* ἀράχνη. *Algor* ἄλγ. *Acus*
 ἄχυρον. *Aper* κάπε. *Auxilium* ab augeo.
Atrox ἀτρεῖν. *Apricum* ἀφρίκη. *Arcanum*,
arca, *arx*, *arcus*, *arceo* ab ἀρκεῖν. *Athena*
 ex Adonai. *Ater* ab ἄτερ seorsim, quæ enim
 atra sunt, seorsim ponuntur. *Adagium* dici-
 tur, quod è sua significatione agatur ad aliud
 indicandum. *Æneas* ab αἰνεῖν. *Ænigma* ab
 αἰνίξω. *Apto* ἀπῶ. *Aurora* ἀυρη. *Aurum*,
 ἄυρ. *Avus* ἄββα. *Acipenser* quasi aqui-
 penser. *Aqua* ex ἀχολώ, quia omnis aqua
 eo nomine prius fuit dicta. *Anculare* ἀπὸ τῆς
 ἀγκύλης. *Arma* ἀρμὸς. *Arvum* ab ἀρο.
Anguis ἀχίς, ut à lego lignum à rego re-
 gnum. *Asseres* ἄζονες. *Amarum* ἀμαρί.
Arbor in quo fit τὸ ἄρεσθαι βίαν. Scal.

B.

Bardus ab eo quod Græci tardos βραδεῖς
 appellant. *Biclinium* ex bis εἷ κλίνη. *Bucco*
 ἀβυκκίξω. *Bos* βῶς. *Banbo* βάυζω. *Bruma*
 βραχὺ ἡμα. *Balare* ex μῆλα. *Baculus* φάκε-
 λ. *Brevis* βραχὺς. *Brasica* πρασική. *Bal-
 lista* ἀβάλλω. *Brutus* βρότ. *Balatrones*
 ἀβάλ-

à βάλλειν. Bellum prius duellum à duobus.
Batuerē βατεύειν.

C.

Coxa à coeundo. Cadere à praterito me-
dio τὸ χάζεσθ. Crepida κρηπίς. Crater κρη-
τήρ. Creta κρήτη. Cacula à χάζεσθ. Corpus
ex κρέας sive κορμός quod significat truncum.
Cubus κούβητος. Cubitus κούβητος. Clangor
κλάγγη. Cor κῆρ. Corvus κόρως. Cuculus κόκ-
κυξ. Cingo ζώνομαι. Celsus à κέλως, quo
significatur qui singulari equo vehitur.
Caula à cavo. Catens à κατέχειν Cal-
lis ab eo quod pecudum, callo calcetur.
Cos ab ἀκόνη. Cavillari à cavendo. Conqui-
niscere à προσκυνεῖν vel à κοινεῖν. Catus
à καίω. Compilare à Φιλίης quod furem
significat. Caput κεφαλή. Cicco κινέω. Cinis
ab eodem propter motus facilitatem, Candi-
dus à χαίνω, χανῶ χάσθ. Coram à κόρη, ob
oculos. Cum καὶ ἔν. Circum à κέρκθ. Cati-
nus κάτανθ. Calamistrum καλαμίσ. Calix
κύλιξ. Canis κύων κυνός. Capere κάπτθ. Car-
cer κάρχαρος. Carere, κείρω ἕκαρθ. Cerno, cir-
nis Crimen à κρείτω. Campus κάμπθ. Conci-
liare à cilijs, qua κιδάκια dicuntur à Grecis.
Colles

Colles κολῶνας. Concinnè à concinere sive à
 cinno. Conus κῶνος. Capio à Syriaco Cap, quod
 volam significat. Cruīta à corio quasi coru-
 sta. Cruor κρύθ. Cereus κεράθ. Circus
 κίρκθ. Cornu à κέρασ. Caro à κρέας, unde &
 crescere. Cucumis κικυός. Cura vocabulum
 peregrinum ut esse Scaliger pater: filius ta-
 men coera prius, inquit fuisse: sic & coerare,
 pro curare, deducit ἄ, ἡ δὲ τὸ νόρον, κῶρεθ à sa-
 tietate. Ceres à cereo, quod significat creo:
 sive quasi Gerēs, non tamen à gerendis fru-
 gibus, sed quia prius vocata fuit Γῆρυς. Cla-
 des à κλάθθ. Cancer ex καρκίνθ. Candela
 candore luminis. Cadaver à cadendo. Cape-
 do à capiēdo. clarus à calando. Cribrum à
 cerno creber à cresco. caprone quasi à capi-
 teprone. Capillus à capite. caries à
 κάρυον. cicada quasi cito cadens. carpentum
 quasi carmentum à carmenta Euandri ma-
 tre. cicatrix quasi occacatrix. classis ἀπὸ
 τῶν κλάων. clavis κλεισ clipeus à καλύπτειν,
 vel à γλύθειν. cohors ex græco χόρσ. culeus κό-
 λθθ. Crus & crux à κρέω. caduceum pro ca-
 ruceum, græcè κερύκειον, alias κηρύκειον. cor-
 tina à rotunditate, quod ut cortēs, ita hæc ro-
 tunda esset. Cernuus equus à cernendo, quia
 in eam

in eam partem qua cernimus, cadit. coma
 κομῆν. cirri, quasi in circum contorti. calor α'
 χαλαρός. color ex χλόη. comis α' κωμῶ.
 carnifex quod carnem faciat. castra α' casis.
 Casa α' cauando. caseus α' casis ducit Scali-
 ger pater, filius Oscum inquit vocabulum es-
 se. coruscare ἀπὸ τῆς κόρης. cauda α' καυ-
 λός. cerevisia α' cerere. cuna α' κύειν. crapula
 κραπάλη. cedo κείνω. Cudo κέδω. cutis σκύ-
 τῶ. caecles ex κύκλωψ. caupo α' κάπων, quod α'
 κάπηλῶ. claudio α' κλείς κλειδός. Dor. κλάδῶ,
 sine α' κλείω. cacare α' κάκη. caelebs α' κοίλιψ.
 canere oscum vocabulum esse ait Scaliger fi-
 lius, at pater deducit α' χάνειν ἔχανον. pro quo
 Æoles dicunt χάνον. castanea κασάνα. cum
 καὶ ἔν. cordolium, non quasi cordis dolor, sed
 veluti condolium. contumax α' contueri.

D.

Delicium ex de ἔσθ' lacio. Donum δῶρον. Da-
 mnium ex δαπάνη, fuit enim prius δαρνή, Di-
 gnus α' δεικνύειν. Deterius quasi detritus, unde
 ἔσθ' detrimentum. Dolus δόλῶ. Declino κλίνω.
 Dens ex ὄδης. Dico δείκω. Disco δάω δάσκω.
 Doceo δοκέω. Dis ζεύς, δεύς. Daps α' δά-
 πειν. Dormio ἀπὸ τῶν δερμάτων. Den-
 sus α' δασύς. Delirare α' lira, aratrū
 ductum


ductum: sive à λῆρⓄ quod nugas significat.
Dulcis à γλυκὺς. Deformis ab antiquo nomi-
natiuo formis, sic ἔ conformis ἔ informis.
Dominus à domo. Deus Θεός. Dies ab eo quod
veteres vocarunt ζῆνα, quæ vox ad finis est
feruori ζεῖν.

E.

Ensis ἔγχος. Erdum ab ὄρδⓄ. Elegia ab ἐ-
λεὸν λέγειν. Errare ἔρρειν. Elixum à lix aqua
Equus ab ἵππⓄ. Ebrius ab hebria ut vult
Carisius, quod est vas vinarium. Examen
ab ἄπειν.

F.

Fatuus Φάτης. Fallere Φάλλειν, Filius à
à ΦίλⓄ. Folium Φύλλον. Fascinus βάσκανⓄ.
Fleo κλαίω. Fenestra Φάνεαζ ἔφανον. Fugio
Φύγω ἔφυγον. Fundus ex φύω. Fera Φήρ. Fa-
bula à fando. Familia vocabulum oscum.
Flamma à φλόξ. Fulgeo à φλέγω. Forma
μορφή. Fatisco à fatim ἔ hisco. Falx ex Syria-
copalca. Fallax Φήληξ. Fama φήμη. Fari Φάω.
Fastus ΦάσⓄ à Φάσκω Faveo à Φαίω. Fau-
stus Φαυσός. Frango Φράγην. Febris à feruen-
do, vel à ΦοῖβⓄ Φοιβερός. Ferme à ferè. Fi-
scus Φάσκος. Flexum Φλέκλον. Fames à Φάγην.
Fla-

Flagro φλέγω. Forum εἰς foras ἀ' θυροῖς εἰς
 foris θυροῖς, ut θυρ, φῆρ fera. Fungus σφύγξ. 
 Funis ἀ' χοινός, antiquitus faxnis. Fuga
 σφενδόνη. Frater φράτωρ. Fremo βρέμω. Fagus
 φηγός. Fruges ἀ' θεύγω sive ἀ' βρύω. Fritinire
 φρίσσω. Forda φοράδες. Flora χλωεῖς. Flos
 χλόη. Frigus ῥίγξ. Femur ἀ' ferendo. Fer-
 rum ἀ' feriendo. Focus ἀ' fovendo. Formica
 ex Graeco μύρμιξ. Fovea ἀ' fodiendo. Fripo-
 lus ex φλυαρός. Follis φύλλη. Frundes ἀ' fe-
 rendo: Sic εἰς firmus quod constanter omnia
 ferat. Formido ἀ' formo, quod est calidus εἰς
 sudans: sive ἀ' formis, id est spectris. Frigere
 ἀ' ῥίγξ. Furfur ἀ' far, fucus φῦκ. Forsitan
 ex fors sit, an fingere ἀ' φέγξ. Facies ἀ'
 faciendo. festinus ἀ' fando: sic εἰς facundus.
 Funda ἀ' fundendo vel ἀ' fundo. Frutex ἀ'
 βρύειν. Telex χολή. Flavus color ἀ' flammea.
 Flare ἀ' φλάειν. Fulvus ἀ' φέρβω φορβή, unde εἰς
 furvus. Fuscus ἀ' φώσκεειν. Fundus βένδξ. Fu-
 nus, φόνξ. Fascis φάκελ. Figulus παρὰ
 τὸ πηλόν, Fluo ἀ' pluo. Fornicari ἀ' fornice,
 loco in quo habitabant scorta. Fornax ab eo-
 dem. Ferveo ἀ' φέρβω. Fretum quasi fer vetum
 ἀ' ferendo:

Ganeum

G.

Ganeum a γάνυαζ. Glomus a globo, quod est a γλόφω. Gula a χυλός sapor. Galerus a galea similitudine. Galea γυλέη. Germen a generando. Glacies quasi gelacies a gelu. Gladius a clade. Gluma a glubendo. Grus γέρον. Glaber a glubo. Gānire ex γάνυαζ. Gubernio κυβερνάω. Genu γονύ. Gaudeo a γαυροῦω sive a γάδω, aut γάω aut a καυχάω. Gallus a κάλλω, pala galli gallinacei. Grunire a γρύ. Gens a γένω. Gemo γέμω.

H.

Hio χάω. Hisco χάσκω. Honor ab ὀνή, unde ὀνίημι. Hortus ab ὄρχω. Horreum ὠραια, quia sic omnes fructus vocabant. Humus ab ὕω, sive ab χαμαί. Humilis χαμαλός. Heri a χθῆς quod est ex χθισί, ἔ prius fuit hesi, deinde heri. Hirundo ab χελιδών, prius enim fuit helundo. Histriones ex Histria. Hasta ab ἵστημι ut quidam volunt. Hebes ab ἠβη. Herus ἠρως. Heu φεῦ. Hei οἱ.

I.

Incus ὀγυω. Inquilinus ab incolendo. Iubeo a ius habeo. Ignis a gignendo. Imbrex ab imbri. Imbuo ab ἔνβρω. Insolens quod sit insolens.

insolitum. Ius à iussu. Iurgo à ius. Iris ab
είρεω. Iovis ex Iehova. Ieiunium ab Heb. Ia-
an adflixit. Iacere τὸ ἰεῖν ἄχθ. Ientare
ab eo ὅτι δεῖ ἰεῖν, ἔ ut Dores loquuntur ἰεν, ἰη-
dere, ab ἐνδύειν. Infligere ab ἐνφλέγειν. Iu-
gum ex ζῆγ. Ianua à χαίνω ἔχανον. Ingens
quasi ultra gentem. Jubilo ab ἰώ ἰω. Inquino à
κοινέω: sive κοινῆ ut vult Priscianus.

L.

Labes à labendo. Lactuca à lacte. Le-
ctus λέκτρον. Latus λατὸς. Lacus λάκη. Li-
gnum à lego. Lingua à λείχω. Locus à λέχω ἰα-
ceo, λέλοχα λόχ. Loqui à λόγ. Lucrum
à luo. Lutra λυτρεῖς. Lux λύξ. Lepus ex λα-
γῶς. Ligare à λύγ. Lana ζῆν. Dor. λανος.
Luna à Lucina, quod est à lucendo, ut ἔ lu-
men. Latus πλά. Lues à λύω. Luscinia
quod ante lucem canat. Labrum τὸ λάβειν.
Ludus ἔ ludiones ab antiquo græco, λυδία-
σα. Λανο λούω, Lis à sistendo: fuit enim si-
stilis, stlitis, litis, lis. Latrones à λατρεύειν.
Lapis λας. Largus à λαύργος, unde ἔ lura.
Linquo ἔ liquo à λείπω. Lupus λύκ. Libatio
à λοιθῆ. Lugeo ex λύω, Lancea λόγχη. Larve à
Laribus. Luridus color à similitudine Lura, i.

H

utris

utris coriacei. Libero à λείπω. Latrina qua-
si lavatrina. Laus à λάω fruor. Lucus quod
in eo luceat, propter sacrificiorum frequentiã.
Libentina quasi Labentina à λάβω quia
omnes mortales capit. Labor ab eodem. Li-
num λίνον. Lueta à λύω, unde ε̄ luxare.
Limen à limo, i, transverso Lacte γάλακ̄,
Libra λίτρα. Lividus quasi λυβικός, à regio-
ne. Legare à legere. Lautus ex δαδῶχ̄,
fuit enim prius daucus. Levidense, quasi le-
viter densatum. Lencus à ληνός. Lallare
à Lallus, qui Deus fuit neniarum. Litare
quasi lutare à luere. Luscas à λύς λυκός.
Lateo à λάθη, Lenis à λεί. Lacerō à λα-
κέω. Lado quasi λαιόν δῶ. Liber prima cor-
rupta à λέπ̄. Liber pro vino à λείβω.

M.

Musso μύζω. Musca μυῖα. Mola μύλη.
Moles μῶλ̄. Mutus μύτης. Macherā à μά-
χεαζ, vel ᾠδῆ τὸ χαίρειν ἄματε, quod gaude-
at sanguine. Massa μάζα. Medium μέσον.
Mandare à μάσσω, hinc ε̄ maxilla. Magi-
ster quasi τῆς μαγίας ἴστωρ. Medicari ε̄ mi-
nister à μελεῖαν. Magus ab Heb. Haga.
Meus ἐμός. Mile à χίλια. Murus μῶρε, rata
scilicet

Scilicet cuiusvis civis pars. Mando quasi mā-
nu do. Mucus μύζα. Malum μήλον. Mamma
μάσθ. Murus à muro, fuit enim munus
opus muris reficiendis. Momen à movere.
Maturus quasi τὸ μαώργι. Molle ὄσθι
τὴν μολοχὴν. Mentum ὄσθι τὸ μινύω. Mensa
quasi mesa, quia ponitur in loco medio. Mul-
geo ab ἀμιέλω. Meditari ex μελετᾶν. Ma-
nus μάνθ. Mutus à mutio. Malva; μαλάχη.
Macer μακρός. Mendum à minus. Men-
dicus à mendo, cui deest aliquid, nam men-
dum propriè est defectus. Mens à μένθ sive
μινύω. Mereo μείρω. Merendare ab hora
media die in qua cenabant. Metuo ex μέθω
antiquo. Modus μόθθ ab antiquo μέθω.
Modius à Syriaco Madēs Madad. Murmu-
ro μορμύρω. Morbus à μόρμθ. Mant-
lium quasi manuterium. Moliri à moles. Ma-
re à Syriaca voce Marath, Mons à manen-
do, quod est μένω, μῆρω, μέμονα, unde μόνθ
qui solus mansit. Mars ex Mamers Osco. Mas
ēs mares ab ἄρης. Mors ex μόρος. Merces ες
meretrix à merendo. Medulla quod sit in
medijs ossibus. Modestus à modico. Marmor
à μαρμάριον. Mustela ex μῦς καὶ τῆλε. Mon-
strum à monstrando. Mulier à mollitie

H

2

Mitte

Mitto ὁδὸν τὸν μίτον. *Machina* μηχανή.
Mergo ἄ Mare. *Magnus* ἄ μέγας. *Mu-*
stum ἄ μύσθ & nouellus. *Metus* ὁδὸν τὸ μετίε-
 ναι. *Malus* ὁδὸν τὸ μαλακόν. *Macellum* ἄ
 μάχειρ & *Minuere* ἄ μινύειν.

N.

Natrix ἄ nando. *Nates* ἄ nitendo. *Nu-*
merus ἄ νέμεειν. *Nefrendes* ἄ non frendendo,
 i. frangendo fabam. *Nefastus* ἄ non fando.
Nix ἄ νίξω, fuit enim nivis ἔ ninguis. *No-*
sco ἄ γνώσκω. *Nego* quasi non ago. *Nundina*
 quasi novendina. *Nanus* ex heb. Nin. *Nuptia*
 ab obnubendo. *Neptunus* ἄ νίππειν. *Niger* ἄ
 νεκερὸς. *Nux* ex Syriaca voce Luz. *Nauta* ναύ-
 της. *Nomen* quasi novimen: seu ἄ νοεῖν. *Nepotes*,
 νέπιδες, quod πῆς ipse, i. fundamentum gene-
 ris non sint, sed tantum ἀπόγονοι. *Narro*, na-
 rus, ἄ γνωρίζειν. *Nascor* ἔ natus ἄ γινώσκω γινώ-
 σκω. *Nuncius* vox Syracusana, ἄ νέει & enim
 νέγκει & declinarunt. *Nemus* νέμειν. *Norma*
 ἄ γνώριμα. *Nox* νύξ. *Nebulo* ἄ nebu-
 la. quod est ἄ νεφέλη. *Nitor* ἄ νίππειν. *Nervus*
 νῆρον. *Noceo* ἄ νύχθειν. *Nex* ἄ νέκυσ. *Nasus*
 ἄ νασμός. *Noverca* quod sit nova divisio fa-
 milia.

Occillare

O.

Occillare ab occare. Olea ἐλαία. Oliva ἐ-
 λάια. Odium ἔχθρα. obscurum quasi ob curam.
 Olympus quasi ὄλυμπος λάμπων, siue ὄπι ὀλύων
 πύδας, ὀλιποῖς, montis nomen ob altitudinem.
 quem cum adscenderēt, interrogati quo irent,
 dicebant in cœlum: ut vult Scaliger. Onus
 ὄν. Ovis ὄις Opilio ὀϊπολίων, Ossa ὄσα Ouum
 ὄων. Omnis ab ὀμῶς. Ocrea ab antiquo ocris,
 quo vocabatur mons asper & confragosus, in-
 de ocrea dicta quod inaequaliter tuberata es-
 sent: siue ab ὀκρύοις. Omen quasi oremen.
 Opitulor ab ope tollenda. Ostium ab ὄσειν.
 Odor ὄζω ὄδωδα: hinc quoque olere, unde olus.
 Ops ὤπις. Opto ὄπρω. Opus ab ἔπω. Orior ὄρω.
 Oncare ὀγκᾶν. Oculus ab αἴγλη. Ordo quasi
 ὄρδν δῶ. Durus ἀ δῆρον. Duplex quasi duobus
 plicis, Dirus ἀ δαίρω.

P.

Palus πηλός. Pasco ἀ βόσκω, seu ἀ πάω,
 πάσκω, unde & παχ. Pano ταῶς, Æeolicè τᾶν-
 ος. pauper ἀ παῦρος, Populus ἀ πολύς. Palpo
 πάλπω. Propero ἀ περῶ, siue ἀ περπερῶ, quæ
 reduplicatio notat celeritatem. Proles quasi
 prooles ab olesco. Pavor φόβος ἀ φοβεία,
 siue

H 2

sive a pavire quod est a παύω. Pecunia a pecu. Pecudes πόκαδες. Pelvis πέλος. Perdix πέροξυ. Petasus a πετανυμι. Pistor a pinsendo. Pinsere a πίοσξυ. Planus πλάτθ. Perna πέρνη. Penna πέννος, eolice πεννός a πετεφνός. Plaustrum a palando, quasi palaustrum. Premiū a praesemo. Pronus πρηνης. Pratum q. paratū. sive a πρατία Dori: pro πρασία. Precium a procando. Plebs a πληθθ. Procure a προξωροξός. Ponderus πόνθ. Plecto πέκω πέκτω. Plecto πλέκω πλέκτω, unde est plico. Proserpina περσεφόνη. Pabulum a pascendo. Paucus παύρος. Puer ex antiquo Por, quod idem erat quod παῖς. Porcus πόρουθ. Puls πόλθθ. Panis πανός a forma. Pedito βδέω. Poculum a potione. Pugna a πυγμα, sive a pugno, quod est a πυκνη. Pollinctor quasi Pollutorum unctor: Sive ut quidam volunt, quasi pellis unctor. Integer quasi intager. Pons a pendendo. Prandium quasi parandium, quia iterum ad opus essent parati: vel quod προξωροξός vel quod προξωροξός ενδείας. Procerus a crescendo. Propudium quasi procul a pudore. Pruna est pruina a perurendo. Piger ex πικρός. Potus πότον. Publicum quasi popudicum. Pix a πίττα a seu πίοσα. Pars a πάρος.

Pila

Pili à πιλῶ. *Pileus* πιλῶ. *Priapus* vel quasi
 βεμήπιου, i. clamosus. vel q. πηγίηδου τὸ
 αἶμα. *Pestis* à πεσῆν, unde ἔσ' *pestum* *Plenus*
 πλείος. *Pulpitū* à πολος. *Perperā* ex πέρπερος.
Pernicies à pernecando. *Pes* πῆς. *Patina* πα-
 τάνη. *Palus* φάλα. *puteus* ὑπὸ τῆ πότι. *par-*
cus à παῦρος *ringuis* à παχὺς. *peto* ab obso-
 leto πέθω. *rubes* à φοῖβος. *Prudens* ex προ-
 δων. *petra* πέτρα. *propinquo* à prope ἔσ' ἐγγίζω.
relagus quia πέλας ἀγῆ. *postulare* à pote, i.
possum. *prestigia* à prastinguendo. *grafica*
mulier quasi prafecta. *priscus* ab antiquo
tri: unde ἔσ' *pridem*. *parco* quasi partem ar-
ceo, i. contineo. *pertica* à pertingendo. *peto-*
rum à πέτορες quatuor. *palpitari* à πάλ-
 μος. *prosper* à πρὸς φέρως. *pinguis* à pago seu
pango. *penis* à κήχις, quod est mensuræ no-
men à cubiti longitudine, à qua sine omni
dubio penis nomen, habet, vix à pendendo.
maxillus μάσσαλ. *ratior* πύσσω ἔπαθον. *par-*
a à πῆς. *rugil* πύκτις *pons* à πόνος. *polire* à
 πολεῖν *parca* à parcendo, quod parcant, una
enim tantum filum incidit. *vullulare* à πολὺ
sive à πῶλ. *trapatium* quasi πρὸς πόθιον.
popularis à populando. *rapare* à rapa, i.
rapilla: Hinc ἔσ' *rapauer*, quis rapa inde-

batur adversus insomnium. protefilais quasi
πεῶτⓄ λάσ, riper πέπερι. rrimus πεῶτⓄ.
rutidus a' ruis, quod est a' πύος. ralus a' rago.
ringere a' fingendo abiecta, adspiratione.
parma πάριμη. ralidus a' raleari. ralea a' πιά-
λιν. rullus color a' purus. runicus ΦοινήκεⓄ
rlus a' πλύνω. rrauis a' πρεῖⓄ. rulus πυρός.
riscis ἰχθύς. rarra a' rarreo, pro rpareo, i. appa-
reo. ruder a' ruidus, Prorsus πρεῖσω. raulsa
πικύλα. rrunio ex ποινή. rplacenta ἀπὸ τῶν πλα-
κῶν.

R.

Ramus a' ράσδος. Rumor a' ρύμη. Ratio
a' ratum. Risus a' rictu, quod est ᾧδὴ τὸ ρήγ-
κος. Res a' ρῆσις. Rudis a' rure. Rixa ρήξις. Re-
sina ρητινή. Ruictio ab ἐρεῖλω. Rana a' ράνας. Ro-
bur ρόμιμη. Rupa ρύπος. Rabies a' rapio. Rabula
ab eodem. Radix ρίζα. Repo ἐρεπω. Rete a' rari-
tate. Rigor ρίγος. Runcina ρυκίανη. Racemus a'
ρία, ράγος. Ros δερός. Rosa ρόδον. Rota a' rotun-
ditate. Ratis a' rarefscendo. Ruga ρύπις. Rupes
a' rumpendo. Rapio ἀεπάζω. Rapum ράπος.
Rura ἀερεσ. Rodo τρέγω. Remus a' radendo.
Rego ὀρέγω. Rarus ἀεραιος. Rigare a' βρέχην. Ri-
vus a' ῥέω, Ruvo ῥύω. Ruber ᾧδὴ τὴν ῥοήν.

Satur.

S.

Saturnus à σάτυρος, σατυρῆνος, *Saturnus*.
Scutum σκύτος. *Signum* εἶγμα. *Saro* σάειω.
Sponte ἔσπονδω à σπονδή. *Spica* στάχυς, *Aeo-*
lice σπάχυς. *Spatium* στάδιον, σπάδιον. *Sperno*
 σπείρω σπέρνω. *Studium* σῶδῆ. *Scopulus* σκόπε-
 λος à σκόπη. *Indulgeo* ab ἄλκιω *Somnus* ex
 ὕπνος, fuit enim prius. *Syrnus*. *Saltemper* *Syna-*
resin à salutem. *Scabor* à scarreo *Sarrire*
 à serare. *Sermo* εἶρημός sive à serendo. *Similis*
 ex ὕμοιος. *Sero* εἶρω, vel ἔρω. *Servus* ab ἔρος, *Ae-*
olice ἔρως. *Scurra* à συγκυρῆν. *Stella* ab inusi-
 tato τέλλῃ oriri. *Strangulare* τραγαλύζην.
Specus σπέος. *Simia* à *Simo* naso *Sibylla* à σίος
 καὶ βυλή, seu ab Heb. *Kabala*, quod descendit
 à *Kibel* recepit. *Saccus* σάκος. *Sagum* σάγος.
Sal ἄλς. *Salax* à saliendo. *Satyri* à virili mem-
 bro, quod veteres *Græci* σάτην appellarunt. *Sim-*
pidium à σίπων. *Scævus* σκαίος. *Scorpius* σκόπος
Scorpe à σκοπεῖν. *Scortum* ex σκύτος, quod subi-
 gantur sicut corium. *Sculpo* ex γλύφω. *Strin-*
go σφίγω. *Scutica* à σκύτος. *Securis* à secando
seco à χίζω. *Securus* quasi sine cura. *Sedulius*,
 sine dolo. *Segnis*, sine igne. *sedeo* ἔσ sedes ab ἔδος
Semita quasi semi iter. *Sequor* ab ἔποιαι. *Sul-*
cus ὄλκος. *Serpo* ἔρπω. *Simus* σίμος. *Simplex*,
 H S sine

sine plica. Sisto πηγείσω. *Sobrini* quasi *fororini*
Sobrius quasi *sebrus*, *sine ebrietate. Sagitta*
ἔ *Sagus* σαγύματα. *Solex* ἥλιος. *Solus* ὁλῶ.
Salio σαλάω. *Salivo* σαλόω. *Sitis* σίτησις. *Sibilo*
σιφλύζω. Sterno στένωμι. *Spes* ἐλπίς. *Spurcus*
à spuendo. Stagnum στέγων. *Statera* ἀίστανα.
Sterilis ἀστέριν. *stimulus* ἀσίζω. *stipare* ἀ
σύβην sive *σειπέω*, *strages* ἀστέννενδο. *Stre-*
na quasi *trena*, à *tertia officii recompensa-*
tionē: alii ducunt à strenuitate. stupa σὺππειον
suadeo quasi *suavedo. sus* ὄς. *satis* adverbium
ex ἄλις. strepo ἀστέφην. *spargo* σπείρω. *su-*
surrus ἀσὺρῶ, *stribligo* ex *στέβλος. sinus*
δίνῶ. supellex, *Laberio* ex eo natum scribit,
quod in legationem proficiscentes sub pelles
locari solerent, quæ usui forent, sub tento-
ria. Turnebus à *lectis* ducit, ut eo nomine
prius ea dicta fuerint, quæ super lectos pone-
rentur. Pontanus à *suppedit* derivat, quod
antiqui unico tantum p. scripserunt. suppara
ab eo quod sursum pararentur. suadium à
suavitate. Scruta, γρυτῆρια preposito *sibilo*,
hinc scruto. Sudor ὕδωρ. *sporta* σπυρῆς. *stillo*
σαλάζω. splen σπλήν. *spongia* σπόγγῶ. *silex*
quasi sicilex, est enim lapis qui sectus est. sa-
xum vox *Fusca*, sic ἔ *sanguis*, *saga*, *sacer. so-*
lidum

lidum ab *osca* voce *solon*, quod totum significat
sodalis ab ὀδός. *socius* ἀ σὺνηγὴ οὐκός. *saga-*
cit ἀ σαγήνη, sive σάγης, qui enim muta inge-
nio suo caperent, ἀ Tuscis vocati sunt *saggi*
 Et hinc canes *sagaces*. *sciurus* quasi καμψίρε-
 Ⓞ ἀ cauda umbra Ⓞ flexu. *sex* ἕξ. *solvo*, ὄλον
λύω. *scribo* γράφω. *specula* ab antiquo *specere*
strideo ἀ τεύζω. *sanus* σά Ⓞ. *sorbeo* ποθέω.
sesqui quasi semis equum. *Spondeus* ἀ græco
 πένδην, quod est porricere libamenta. Hinc
nostrum germanicum Spenden / wenn man
Spende ausheillet / *socer* ἐκυρός? *spelunca*
 πήλυγξ. seorsim ex χωρῆς. *Succidamen* ἀ ce-
dendo. *scalpere* ἀ σκάλλειν. *stultus* ἀ stolo, sic
 Et *stolidus*. *semper*, *semiopere*, *Seta* χαίτη
sons ἀ σίντης. *scipio* σκήπων, *scamnum* σκί-
 μπης, alii ἀ scandendo ducunt. *stipes* σῦπ Ⓞ-
surculus ἀ siro. *scabies* ἀ σκάπιω. *solium* ἀ
sedes. *sospes* ἀ σῶς, *sum* ἀ εἰμῆ. *sub* ὑπὸ.

T.

Tegulum τέγος. *Tero* τείρω. *Tumultus* qua-
si tumor multus. *Testis* ἀ θέσω ex antiqua lin-
gua græca. *Timor* ἀ τιμῶν. *Tragula* ἀ trahen-
do. *Tango* τυγχάνω. *Tener* ἀ τέρεν, sive ἀ τείνφο
Tuus τέ Ⓞ, Dor. pro σους. *Tingo* τέγω. *Tutus* ἀ
 titulo

titulo. Tuber à tumeo. Trucido à trux & ca-
 do. Tuba à tubi concavitate. Trapes à τρέπω.
 Testudo à testa. Testa quasi tosta. Terebra
 τέρεβρον. Teres à terendo sive τέρειν. Tego τεγά-
 ζω. Tremor τερέμειν. Trepidatio à pedare, à
 pedibus, talis commotio ut etiam sistere ne-
 queamus. Taurus ταύρος. Trutina τευτάνη.
 Terra à δαίρη. Taberna à tabulis. Tabula à
 τάβλη, quoniam tabulata in adibus planiciem
 extendebant. Talentum τάλαντον. Termini
 τέρμινοι. Templum τέμνον. Titulus à τίω hono-
 ro. Torqueo à τόρνω. Trabes τεράθηξ. Turris
 τύρρις, τύρσις à syriaco Tur, id ab Heb. tzur.
 Turma τέρμη. Telum à τήλη. Temno τέμνω.
 Tendo τέινω. Tenebra à tenendo. Triones qua-
 si striones à stria, quamproscindendo sulcos
 faciunt. Tignus à tegendo. Tomentum à τέ-
 μνω. Torno τερνω. Torvus à terrore. Trice
 quasi τρίχες. Turba τέρβη. Tunica ab induendo
 Tributum à tribuendo. Tergum à terendo.
 Trames à trameando. Turtur à syriaco Tor.
 Tribus dicta quod populus in tres divisus es-
 set partes. Turgere ab ὀργάν. Tessera à τέσ-
 αρα.

V.

Vallum à vanno. Vellere à velando. Vena-
 ria

ri a' venis. Vena ἴνες. *Video* εἶδέω. *Via* quasi
veha, seu ab οἶα. *Vinum* οἶνⓄ. *Vigil* ἀγαιλός.
Vitis a' vico. *Vibices* ἱβυκες. *Viola* ab ἰον. *Vetus*
βρετής. *Vis* ἰον seu a' βία ἴς. *Avis* ab αἰσω. *Um-*
bilicus ὀμφαλⓄ. *Orbus* ὀρβⓄ antiquum.
Vrbs ab antiquo *urbare* ἔ̄ orbare, quod est
circulo circumscribere hinc ἔ̄ orbis. *Inanis*
ab in ἔ̄ αἰνός *gravis*. *Vber* ἄδαρ. *Versus* a'
vertendo *Vncia* vocabulum est siculum. *Val-*
de pro *valide*. *Velox* quasi *volox* a' *volando*.
Veneror a' *venere*. *Ver* ἔ̄ αρ. *Verbum* a' *verita-*
te. *Vermis* a' *vertendo*. *Vidua* ab antiquo *id-*
uare. *Vxor* ab *vinguendo* quasi *vnxor*. *Vivo*
βιόω. *Vmbra* ab ὀμβρος. *Vnus* ἐνός. *Vncus* ab
ὀγκᾶδζ *Volpes* ex ἀλόπηξ. fuit enim *valopes*,
volpes. *Virgultum* a' *virga*. *Vomo* ἔ̄ μω. *Vox* a'
βοᾶν. *Vrina* ab ἔ̄ ρεῖν. *Vmbones* ἄμβωνες. *Vtor*,
vsus ab εἰθα, antiqui enim dicebant *oitur* ἔ̄
οἰsus. *Vepres* ex Dorico βρωπεσ pro ῥώπες. *Vir-*
tus a' *viribus*. *Vesci* a' *va* ἔ̄ *esca*. *Vti* ὅτι. *Ven-*
tus a' *veniendo*. *Vter* ὁ ἔ̄ τερος. *Vsqz* ab ὤς τε. *Ve-*
recundus a' *verescor* quod est a' *va* ἔ̄ *reor*.
Vendo ex *venum* ἔ̄ *do*. *Vedigal* a' *vehendo*.
Vedtis ab eodem *Vesica* Φύσγξ. *Vnguis* ὀνυξ
ὀνυχⓄ. *Vado* βαδίζω. *Vestibulum* quod *ianu-*
am *vestiat*, vel quoniam *veste* *consecratum*
est.

est. Villa à via. Vexillum à veho, unde & ve-
lum. Vix à vi, Vrna ab urinando. Urinare ab
urvo quod est sursum versus reflexum. Vroa'
ωυροω. Venio φάινω. Vestis ab ἐσθῆς, sive à va
& ἐννοω. Venter ex va & ἐσπερν.

X.

Xenia ab ξένος, Algor ἀλγος, Argutus ab
ἀργής. Ancilla ab ancilando. Amor ex ἔρω. A-
stutus ab astu. Adulter à δολω. Assare ab
ardeo arsum.

D. O. M.


Suavissimus atq; tuus maneo dulcissime Christe,
In manibusq; tuis vitæq; morsq; mea est.
Vivo tibi soli, morior tibi soli, & in altis
Ut iungas iterum me tibi Christe precor.

GRATIAS TIBI DOMINE IESU.

ERRATA.

In dedicatione sequens distichon sic lege:
Manu niveis quem nutriti vbera in vlnis
Pallas & ambrosiam cui dedit ipsa charis. }

Alucinata heic fuit manus non mens.
Cætera ipse corriget lector.



Cl. 2425.

I.

ULB Halle

3


002 044 595




sb

W. A.

M.C.





Farbkarte #13

B.I.G.



PASSIVE ORTHOGRA-

EX VARIIS DO-
n virorum Scriptis
lecta & contorta,

in studiosae juventutis publice
roducta & accensa,

à *CC. 2430*

SPARO ROTHIO.

Lectori S.

hoc libello erit, Humane Le-
& lauda palàm : sin in quibus-
o aut tege, aut admone liberè
eno, utrumque enim gratum
enijs.



L I P S I Æ,

ristoph. Elgeri Bibliop, Lips

A N N O

M. DC. XII.

